

Sancti Thomae de Aquino  
DE REGNO  
Ad regem Cypri

Sveti Toma Akvinski  
O KRALJEVSTVU  
Kralju Cipra

PROLOGUS

Cogitanti michi quid offerrem regie celsitudini dignum meeque professioni et officio congruum, id occurrit potissime offerendum ut regi librum de regno conscriberem, in quo et regni originem et ea que ad regis officium pertinent secundum Scripture divine auctoritatem, philosophorum dogmata et exempla laudatorum principum, diligenter depromerem iuxta ingenii proprii facultatem, principium, progressum et consummationem operis ex illius expectans auxilio qui est Rex regum et Dominus dominantium, per quem reges regnant, Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.\*

---

\* *Napomena:* Izvorni latinski tekst prenosimo iz kritičkog izdanja sabranih djela sv. Tome Akvinskog: *Opus omnia* iussu Leonis XIII P. M. edita, t. XLII, Roma, 1979. Upozoravamo na osobitu ortografiju (npr. *michi* namjesto mihi, *amministratur* namjesto administratur itd.) koja se ponegdje razlikuje od ortografije klasi nog latinskog jezika.

PROSLOV

Dok sam promišljao što bih ponudio kraljevskom veličanstvu da to bude njega dostojno, a ujedno primjereno mome redovničkom staležu i službi, padne mi na pamet da je najbolji dar da za kralja napišem knjigu o kraljevstvu u kojoj ću pomnjivo izložiti, u okviru svojih mogućnosti, porijeklo kraljevstva i sve što se odnosi na službu kralja prema autoritetu Svetog pisma, mišljenju filozofa i primjeru hvalevrijednih vladara; da bih pak svoje djelo započeo, nastavio i dovršio očekujem pomoć od onoga koji je Kralj kraljeva i Gospodar gospodara<sup>1</sup> po kojemu kraljevi vladaju, Bog, veliki Gospodin i veliki kralj nad svim bogovima.<sup>2</sup>

---

<sup>1</sup> Usp. Otk 19, 16.

<sup>2</sup> Usp. Ps 94, 3.

## LIBER I

### Capitulum primum

#### *Quid significetur nomine regis*

Principium autem intentionis nostre hinc sumere oportet ut quid nomine regis intelligendum sit, exponatur. In omnibus autem que ad finem aliquem ordinantur, in quibus contingit sic et aliter procedere, opus est aliquo dirigente per quod directe debitum perveniatur ad finem. Non enim navis, quam secundum diversorum ventorum impulsus in diversa moveri contingit, ad destinatum finem perveniret nisi per gubernatoris industriam dirigeretur ad portum. Hominis autem est aliquis finis ad quem tota eius vita et actio ordinatur, cum sit agens per intellectum cuius est manifeste propter finem operari. Contingit autem diversimode homines ad finem intentum procedere, quod ipsa diversitas humanorum studiorum et actionum declarat; indiget igitur homo aliquo dirigente ad finem.

Est autem unicuique homini naturaliter insitum rationis lumen, quo in suis actibus dirigatur ad finem. Et si quidem homini conveniret singulariter vivere sicut multis animalium, nullo alio dirigente indigeret ad finem, sed

## KNJIGA I

### Poglavlje prvo

#### *Što znači riječ kralj*

Naš pokušaj valja započeti time da izložimo što se razumijeva pod riječju kralj.

U svemu što je usmjereno prema nekom cilju do kojega se dolazi na različite načine, potreban je neki upravitelj pomoću kojega se izravno dolazi do namjeravanog cilja. Ne bi naime brod koji razni vjetrovi tjeraju u različite pravce mogao doći do određenog cilja, ako ga kormilar svojom vještinom ne bi usmjerio prema luci. A čovjek ima jedan cilj prema kojemu teži svim svojim životom i djelovanjem, jer on je umni djelatnik koji očigledno djeluje zbog nekoga cilja. Međutim, ljudi na različite načine teže za namjeranim ciljem, što se očituje već u samoj različitosti ljudskih poslova i djelatnosti. Stoga je čovjeku potreban neki upravitelj koji će ga usmjeravati prema cilju.

A svakom je čovjeku po naravi usađeno svjetlo razuma kojim upravlja svoje čine prema cilju. I kad bi čovjeku bilo svojstveno da živi kao samac poput mnogih drugih živih bića, ne bi bilo potrebno da ga netko drugi upravlja k cilju, nego bi svatko sam sebi

ipse sibi unusquisque esset rex sub Deo summo rege, in quantum per lumen rationis divinitus sibi datum in suis actibus se ipsum dirigeret. Naturale autem est homini ut sit animal sociale et politicum, in multitudine vivens, magis etiam quam omnia alia animalia; quod quidem naturalis necessitas declarat. Aliis enim animalibus natura preparavit cibum, tegumenta pilorum, defensionem, ut dentes, cornua, ungues, vel saltem velocitatem ad fugam; homo autem institutus est nullo horum sibi a natura preparato, sed loco omnium data est ei ratio per quam sibi hec omnia officio manuum posset preparare. Ad que omnia preparanda unus homo non sufficit, nam unus homo per se sufficienter vitam transigere non posset; est igitur homini naturale ut in societate multorum vivat.

Amplius, aliis animalibus insita est naturalis industria ad omnia ea que sunt eis utilia vel nociva, sicut ovis naturaliter existimat lupum inimicum; quedam etiam animalia ex naturali industria cognoscunt aliquas herbas medicinales et alia eorum vite necessaria. Homo autem horum que sunt sue vite necessaria naturalem cognitionem habet solum in communi, quasi eo per rationem valente ex naturalibus principiis ad cognitionem singulorum que necessaria sunt humane vite pervenire. Non est autem possibile quod unus homo ad omnia huiusmodi per suam rationem pertingat; est igitur necessarium homini quod in multi-

bio kralj, podložan jedino Bogu, vrhovnom kralju, ukoliko bi upravljao svojim činima s pomoću svjetla razuma što ga je od Boga dobio. Međutim, čovjek je po naravi društveno i državotvorno biće<sup>3</sup> koje živi u zajednici, i to više nego sva ostala živa bića, što se očituje u njegovim naravnim potrebama. Naime, drugim bićima priroda se pobrinula za hranu, za pokrivač od dlaka, za obrambena sredstva kao što su zubi, rogovi, kandže ili bar za brzinu u bježanju. Čovjeku, međutim, priroda nije dala ništa od svega toga, nego ga je umjesto toga obdaruila razumom kojim može uz pomoć ruku sam sebi sve to napraviti. Ali jedan čovjek ne može obaviti sav taj posao, jer on sâm po sebi ne bi se mogao pobrinuti za doličan ljudski život. Stoga je čovjeku prirodno da živi u zajednici s mnogim ljudima.

Osim toga, drugim je živim bićima urođena naravna sposobnost da ocijene što im je korisno, a što štetno, tako naprimjer ovca po naravi razabire da joj je vuk neprijatelj. Neke pak životinje naravnom sposobnošću raspoznaju koje su trave ljekovite i što je korisno njihovim životnim potrebama. Čovjek, međutim, po naravi ima samo uopćenu spoznaju o svojim životnim potrebama i tek

<sup>3</sup> Prema Seneki *De beneficiis* VII, 1, 7 i Makrobiju *In somnum Scipionis* I, 8, 6 čovjek je društveno biće (animal sociale), a prema Aristotelu, *Nikomahova Etika* IX, 9, 1169 b 18 državotvorno biće (animal politicum). Državotvornost je najsavršeniji oblik društvenog života.

tudine vivat, ut unus ab alio adiuvetur, ut diversi in diversis inveniendis per rationem occupentur, puta unus in medicina, alius in hoc et alius in alio.

Hoc etiam evidentissime declaratur per hoc quod est proprium hominis locutione uti, per quam unus homo aliis suum conceptum totaliter exprimere potest. Alia quidem animalia exprimunt mutuo suas passiones in communi, ut canis iram per latratum, et alia animalia passiones alias diversis modis; magis igitur homo est communicativus alteri quam quodcumque aliud animal quod gregale videtur, ut grus et formica et apis. Hoc ergo considerans Salomon ait »Melius est duos esse quam unum; habent enim emolumentum mutue societatis«.

Si igitur naturale est homini quod in societate multorum vivat, necesse est in omnibus esse aliquid per quod multitudo regatur. Multis enim existentibus hominibus et unoquoque id quod est sibi congruum providente, multitudo in diversa dispergeretur nisi etiam esset aliquid de eo quod ad bonum multitudinis pertinet curam habens, sicut et corpus hominis et cuiuslibet animalis deflueret nisi esset aliqua vis regitiva communis in corpore, que ad bonum commune omnium membrorum intenderet. Quod considerans Salomon dixit »Ubi non est gubernator, dissipabitur populus«.

Hoc autem rationabiliter accidit. Non enim idem est quod proprium et quod commune est; se-

ga razum dovodi od općih načela do pojedinačne spoznaje što je sve nužno za ljudski život. A nemoguće je da jedan čovjek svojim razumom dođe do svih tih spoznaja. Zato je nužno za čovjeka da živi u zajednici, da jedan drugoga pomaže, da se različiti ljudi bave različitim razumskim istraživanjima, jedan naprimjer medicinom, drugi ovime, a treći onime.

Ovo također najjasnije dokazuje činjenica da je samo čovjeku svojstveno da se služi govorom kojim može potpuno izraziti svoju misao drugim ljudima. Druge životinje priopćuju jedna drugoj osjećaje, ali samo uopćeno, kao što pas izražava svoj bijes lajanjem, a druge životinje opet svoje osjećaje na razne druge načine. Prema tome, čovjek je sposobniji za priopćavanje nego bilo koja druga životinja koja živi u skupini, naprimjer ždral, mrav i pčela. Imajući to u vidu Salomon kaže:<sup>4</sup> »Bolje je dvojici nego jednome, jer im je prednost što su jedan drugome društvo.«

Ako je dakle prirodno da čovjek živi u društvu mnogih, onda je nužno da u tom, mnoštvu postoji netko tko će njime vladati. Jer kad bi se u velikoj ljudskoj zajednici svatko brinuo samo za ono što je njemu potrebno, ona bi se raspala na razne strane, osim ako bi se netko brinuo za zajedničko dobro mnoštva. Tako bi se raspalo tijelo čovjeka ili bilo koje životinje kad u tom tijelu ne bi posto-

<sup>4</sup> Prop 4, 9.

cundum propria quidem differunt, secundum commune autem uniuntur. Diversorum autem diverse sunt cause; oportet igitur, preter id quod movet ad proprium bonum uniuscuiusque, esse aliquid quod movet ad bonum commune multorum. Propter quod et in omnibus que in unum ordinantur, aliquid invenitur alterius regitivum: in universitate enim corporum per primum corpus, scilicet celeste, alia corpora ordine quodam divine providentie reguntur, omniaque corpora per creaturam rationalem. In uno etiam homine anima regit corpus, atque inter anime partes irascibilis et concupiscibilis ratione reguntur. Itemque inter membra corporis unum est principale quod omnia movet, aut cor aut caput. Oportet igitur esse in omni multitudine aliquid regitivum.

Contingit autem in quibusdamque ordinantur ad finem et recte et non recte procedere; quare et in regimine multitudinis et rectum et non rectum invenitur. Recte autem dirigitur unumquodque quando ad finem convenientem deducitur, non recte autem quando ad finem non convenientem. Alius autem est finis conveniens multitudini liberorum et servorum; nam liber est qui sui causa est, servus autem est qui id quod est alterius est. Si igitur liberorum multitudo a regente ad bonum commune multitudinis ordinatur, erit regimen rectum et iustum quale convenit liberis. Si vero non ad bonum commune multitudinis

jala neka zajednička vladajuća sila koja se brine za zajedničko dobro svih udova. U tom smislu je Salomon rekao:<sup>5</sup> »Gdje nema upravitelja, propada narod.«

I logično je da tako biva. Jer vlastito i zajedničko nije isto. Po vlastitom se (ljudi) razlikuju, a po zajedničkom se ujedinjaju. Različiti učinci pak imaju različite uzroke. Stoga je potrebno da osim onoga što svakog pojedinca potiče na vlastito dobro postoji netko tko bi ga poticao i na zajedničko dobro mnoštva. Tako u svemu što je usmjeđeno prema jednom cilju postoji neka upravna sila. Naime, u tjelesnom svijetu, po rasporedu Božje providnosti, prvo tijelo, to jest nebesko, upravlja ostalima, a svim tijelima razumno stvaranje. Također u čovjeku pojedincu duša upravlja tijelom, a među dijelovima duše razum upravlja gnjevnim i požudnim čuvstvima. Isto tako, među udovima tijela jedan je glavni, ili srce ili glava, koji pokreće sve ostale. Stoga je nužno da u svakom mnoštvu postoji nešto što njime upravlja.

Međutim, neka bića idu za svojim ciljem pravim putem, a neka krivim putem. Stoga i u upravljanju mnoštvom postoje i pravi i krivi putevi. Pravilno se upravlja bilo kojom stvari onda kad se dovede do njoj odgovarajućeg cilja, a krivo kad se dovede do cilja koji joj ne odgovara. Drugačiji cilj odgovara zajednici slobodnih ljudi, a drugačiji zajednici robova. Jer

<sup>5</sup> Izr 11, 14.

sed ad bonum privatum regentis regimen ordinetur, erit regimen iniustum atque perversum; unde et Dominus talibus rectoribus comminatur per Ezechielem dicens »Ve pastoribus qui pascebant se ipsos«, quasi sua propria commoda querentes, »nonne greges pascuntur a pastoribus?« Bonum siquidem gregis pastores querere debent, et rectores quique bonum multitudinis sibi subiecte.

Si igitur regimen iniustum per unum tantum fiat qui sua commoda ex regimine querat, non autem bonum multitudinis sibi subiecte, talis rector tyrannus vocatur nomine a fortitudine derivato, quia scilicet per potentiam opprimit, non per iustitiam regit; unde et apud antiquos potentes quique tyranni vocabantur. Si vero iniustum regimen non per unum fiat sed per plures, si quidem per paucos oligarchia vocatur, id est principatus paucorum, quando scilicet pauci propter divitias opprimunt plebem, sola pluralitate a tyranno differentes. Si vero iniquum regimen exercentur per multos, democratia nominatur, id est potentatus populi, quando scilicet populus plebeiorum per potentiam multitudinis opprimit divites: sic enim et populus totus erit quasi unus tyrannus.

Similiter autem et iustum regimen distingui oportet. Si enim amministratur per aliquam multitudinem, communi nomine politia vocatur, utpote cum multitudo bellatorum in civitate vel provin-

slobodan je onaj tko je sâm sebi gospodar, a rob je onaj čije je biće tuđe vlasništvo. Stoga ako vladar zajednicu slobodnih ljudi vodi k njezinom zajedničkom dobru, vladavina će biti ispravna i pravedna, kakva i odgovara slobodnim ljudima. Ali ako vladavina ne teži za zajedničkim dobrom mnoštva, nego za osobnim dobrom vladara, vladavina će biti nepravedna i opaka. Zato se i Gospodin prijeti takvim upraviteljima po Ezekijelu govoreći:<sup>6</sup> »Jao pastirima koji napasaju sami sebe!«, to jest koji traže vlastite probitke. »Ne moraju li pastiri napasati stado?«. Ako je dakle dužnost pastira da se brinu za dobro stada, onda je i dužnost upravitelja da se brinu za dobro zajednice koja im je povjerena.

Stoga ako nepravednu vladavinu vrši samo jedan čovjek koji iz vladanja izvlači probitke za sebe, a ne za povjerenu mu zajednicu, onda se takav upravitelj naziva tiraninom, imenom izvedenim iz riječi sila,<sup>7</sup> jer nasiljem ugnjetava, a ne upravlja po pravednosti, zato su se kod starih nasilnici zvali tiranima. Ako pak nepravednu vladavinu ne vrši jedan čovjek, nego više njih, onda se naziva oligarhijom, to jest vladavinom manjine, kad naime mali broj ljudi ugnjetava radi bogaćenja, a razlikuju se od tiranina samo po tome

<sup>6</sup> Ez 34, 2.

<sup>7</sup> Prema Izidoru Seviljskom *Etymologia-rum* IX, c. 3, n. 19: »Fortes enim reges tyranni vocabantur. Nam tiro fortis.« (Naime, silni kraljevi su se zvali tirani. Jer tiro znači silan). Danas se ova etimologija ne prihvaća.

cia dominatur. Si vero amministratur per paucos, virtuosos autem, huiusmodi regimen aristocratia vocatur, id est potentatus optimus, vel optimorum, qui propter hoc optimates dicuntur. Si vero iustum regimen ad unum tantum pertineat, ille proprie rex vocatur: unde Dominus per Ezechielem dicit »Servus meus David rex super eos erit et pastor unus erit omnium eorum.« Ex quo manifeste ostenditur quod de ratione regis est quod sit unus qui presit, et quod sit pastor bonum commune multitudinis et non suum querens.

Cum autem homini competat in multitudine vivere, quia sibi non sufficit ad necessaria vite si solitarius maneat, oportet quod tanto sit perfectior multitudinis societas quanto magis per se sufficiens erit ad necessaria vite. Habetur siquidem aliqua vite sufficientia in una familia domus unius, quantum scilicet ad naturales actus nutritionis et generande prolis et aliorum huiusmodi; in uno autem vico, quantum ad ea que unum artificium pertinent; in civitate vero, que est perfecta communitas, quantum ad omnia necessaria vite; sed adhuc magis in provincia una, propter necessitatem compugnationis et mutui auxilii contra hostes. Unde qui perfectam communitatem regit, id est civitatem vel provinciam, antonomasice rex vocatur; qui autem domum regit, non rex sed paterfamilias dicitur, habet tamen aliquam similitudinem regis,

što ih je više. Ako nepravednu vladavinu vrši mnoštvo ljudi, onda se to zove demokracija,<sup>8</sup> to jest vladavina puka, kad naime pučani oslanjajući se na silu svoga mnoštva ugnjetavaju bogataše; tada cijeli narod postaje kao jedan tiranin.

Na sličan način valja razlikovati i pravednu vladavinu. Ako tu vladavinu vrši neko mnoštvo, onda se općenito naziva republikom (politia), kao naprimjer kada mnoštvo ratnika vlada u jednoj državi ili pokrajini. No ako vladavinu vrši mali broj kreposnih ljudi, onda se takva vladavina naziva aristokracijom, to jest najboljom vladavinom, odnosno vladavinom najboljih koji se zbog toga zovu optimati. Ako pak pravedna uprava pripada samo jednom čovjeku, dotični se zove kralj u pravom smislu riječi. Zato i Gospodin kaže po Ezekijelu:<sup>9</sup> »I sluga moj David bit će im kralj i svima će im biti jedan pastir.« Iz ovoga jasno proizlazi da u pojam kralja spada to da bude jedna osoba koja je pretpostavljena drugima i da bude pastir koji se brine za zajedničko dobro mnoštva, a ne za svoje vlastito.

Budući da je čovjeku svojstveno da živi u zajednici jer sâm ne može zadovoljiti svoje životne po-

<sup>8</sup> Toma slijedeći Platona i Aristotela ovdje daje pejorativno značenje riječi »demokracija«. Naš današnji pozitivni pojam demokracije oni označuju pojmom »republika« (politia). Ovaj pozitivni pojam demokracije nalazi se u *Summi teologije*, I-II, p. 95, čl. 4, odg. i p. 105, čl. 1. odg.

<sup>9</sup> Ez 37, 24.

propter quam aliquando reges patres populorum nominantur.

Ex dictis igitur patet quod rex est qui unus multitudinem civitatis vel provincie et propter bonum commune regit: unde Salomon dicit »Universe terre rex imperat servienti«.

trebe, zajednica će biti to savršenija što će biti sposobnija da zadovolji životne potrebe. U kući jedne obitelji mogu se zadovoljiti neke životne potrebe, to jest one koje su u vezi s prirodnim činima hranjenja, rađanja potomaka i tome slično; u selu pak, one koje su u vezi s nekim obrtom, dok se u državi, koja je savršena zajednica, mogu zadovoljiti sve životne potrebe. Ponajviše pak u jednoj pokrajini koja je nužna zbog zajedničke borbe i međusobne pomoći protiv neprijatelja. Prema tome, onaj tko vlada savršenom zajednicom, to jest državom ili pokrajinom, zove se kralj u punom smislu riječi; onaj pak tko vlada kućom, ne zove se kralj, nego otac obitelji, premda ima neku sličnost s kraljem, zbog čega se ponekad kraljevi nazivaju očevima narodâ.

Iz rečenoga je dakle vidljivo da je kralj jedna osoba koja vlada mnoštvom ljudi u državi ili pokrajini radi zajedničkog dobra. Zato Salomon kaže:<sup>10</sup> »Kralj zapovijeda svoj zemlji koja mu je podložna.«

### Capitulum secundum

*Quid plus expediat civitati vel provincie pluribus aut uno regi rectore*

His autem premissis inquirere oportet quid provincie vel civitati magis expediat, utrum pluribus regi vel uno.

### Poglavlje drugo

*Što je korisnije za državu ili pokrajinu: da vlada jedan upravitelj ili više njih?*

Poslije ovih izlaganja valja istražiti što je korisnije za neku

<sup>10</sup> Prop 5, 8.

Hoc autem considerari potest ex ipso fine regiminis. Ad hoc cuiuslibet regentis ferri debet intentio ut eius quod regendum suscepit salutem procuret: gubernatoris enim est navem contra maris pericula servando illesam perducere ad portum salutis. Bonum autem et salus consociate multitudinis est ut eius unitas conservetur, que dicitur pax; qua remota socialis vite perit utilitas, quinimmo multitudo dissentiens sibi ipsi fit onerosa. Hoc igitur est ad quod maxime rector multitudinis intendere debet, ut pacis unitatem procuret; nec recte consiliatur an pacem faciat in multitudine sibi subiecta, sicut et medicus an sanet infirmum sibi commissum: nullus enim debet consiliari debet de fine quem intendere debet, sed de hiis que sunt ad finem. Propter quod Apostolus, commendata fidelis populi unitate, »Solliciti, inquit, sitis servare unitatem spiritus in vinculo pacis«. Quanto igitur regimen efficacius fuerit ad unitatem pacis servandam, tanto erit utilius; hoc enim utilius dicimus quod magis perducit ad finem. Manifestum est autem quod unitatem magis efficere potest quod est per se unum quam plures, sicut efficacissima causa calefactionis est quod est per se calidum. Utilius est regimen unius quam plurium.

Amplius, manifestum est quod plures multitudinem nullo modo regerent si omnino dissentirent; requiritur igitur in pluribus quedam unio ad hoc quod quo-

pokrajinu ili državu: da li vladavina jednoga čovjeka ili više njih?

Ovo se pak može razabrati iz samoga cilja vladavine. Svaki naime vladar treba težiti za tim da se brine za dobrobit onih kojih mu je vladavina povjerena. Tako je dužnost kormilara da sačuva brod od opasnosti mora i da ga neoštećenog dovede u sigurnu luku. A dobro i sreća društvene zajednice je u tome da se sačuva njezino jedinstvo, što će reći mir, jer ako njega nema, nema ni koristi od zajedničkog života, dapače, nesložna zajednica postaje sama sebi teret. Stoga upravitelj zajednice mora nadalje težiti za tim da sačuva jedinstvo u miru. Pogriješio bi kad bi razmišljao da li treba uspostaviti mir u zajednici koja mu je povjerena, kao što bi pogriješio liječnik koji bi razmišljao treba li liječiti povjerenog mu bolesnika. Jer nitko ne smije dvoumiti u pogledu cilja kojemu mora težiti, nego samo u pogledu sredstava što vode k cilju. Zbog toga kaže Apostol<sup>11</sup> preporučujući jedinstvo vjernom puku: »Nastojte sačuvati jedinstvo duha povezani mirom.« Jer, ukoliko vladavina bude uspješnije čuvala jedinstvo u miru, utoliko će biti korisnija. Korisnijim naime nazivamo ono što bolje dovodi do cilja. Očito je pak da jedinstvo može bolje proizvesti neko biće koje je samo po sebi jedno, nego više njih, kao što je najuspješniji uzrok grijanja ono biće koje je samo po sebi toplo.

<sup>11</sup> Ef 4, 3.

quo modo regere possint, quia nec multi navem in unam partem traherent nisi aliquo modo coniuncti. Uniri autem dicuntur plura per appropinquationem ad unum; melius igitur regit unus quam plures ex eo quod appropinquant ad unum.

Adhuc, ea que secundum naturam sunt optime se habent, in singulis enim operatur natura quod optimum est. Omne autem naturale regimen ab uno est: in membrorum enim multitudine est unum quod principaliter movet, scilicet cor; et in partibus anime una vis principaliter presidet, scilicet ratio; et in apibus unus rex, et in toto universo unus Deus omnium factor et rector. Et hoc rationabiliter: omnis enim multitudo derivatur ab uno. Quare, si ea que sunt secundum artem imitantur ea que sunt secundum naturam, et tanto magis opus artis melius est quanto magis assequitur similitudinem eius quod est in natura, necesse est quod in humana multitudine optimum sit quod per unum regatur.

Hoc etiam experimentis apparet. Nam provincie vel civitates que non reguntur ab uno dissentionibus laborant et absque pace fluctuant, ut videatur impleri quod Dominus per prophetam conqueritur dicens »Pastores multi demoliti sunt vineam«. E contrario vero provincie et civitates que sub rege uno reguntur pace gaudent, iustitia florent et affluentia rerum letantur: unde Dominus pro magno munere per prophetas

Korisnija je, dakle, vladavina jednog čovjeka, nego više njih.

Očigledno je, nadalje, da više upravitelja nikako ne bi mogli vladati zajednicom kad bi bili potpuno nesložni. Među većim brojem upravitelja mora, dakle, postojati neko jedinstvo, da bi uopće mogli vladati, jer ni više ljudi ne mogu vući lađu u jednom pravcu, ako nisu na neki način povezani. A mnoštvo se ujedinjuje na taj način što se približava jedinstvu. Zato je bolje da vlada jedan čovjek, nego više njih, jer i ovi moraju težiti za jedinstvom.

Osim toga, najbolje je ono što je u skladu s prirodom, jer u svemu priroda je najbolji stvaralac. Međutim, svako vladanje u prirodi potječe od jedne jedinice: naime u mnoštvu udova jedan je glavni koji sve pokreće, to jest srce; a među dijelovima duše jedna je moć koja prevladava, to jest razum; i pčele imaju jednu kraljicu, i u cijelom svemiru postoji jedan Bog, stvoritelj i upravitelj svih bića. I to je razumno, jer svako mnoštvo potječe od jednoga. Stoga, ako umjetnička djela oponašaju djela prirode i ako je umjetničko djelo utoliko bolje ukoliko postizava veću sličnost s prirodom, onda je nužno da i za ljudsku zajednicu bude najbolje to da njome vlada jedan čovjek.

Ovo potvrđuje i iskustvo, jer pokrajine ili države kojima ne vlada jedan čovjek pate zbog nesloge i razdiru ih nemiri, te se čini da se na njima ispunja tužaljka Go-

populo suo promittit quod ponet sibi caput unum et quod »princeps unus erit in medio eorum«.

spodnja po proroku:<sup>12</sup> »Mnogi pastiri razoriše moj vinograd«. A nasuprot tome pokrajine i države kojima upravlja jedan kralj uživaju u miru, u njima cvate pravednost i vesele se svakom obilju. Stoga Gospodin po prorocima obećaje veliki dar svom narodu, da će im postaviti jednoga poglavara i da će »biti jedan knez među njima.«<sup>13</sup>

### Capitulum tertium

#### *Quod regimen tyranni est pessimum*

Sicut autem regimen regis est optimum, ita regimen tyranni est pessimum. Opponitur enim polities quidem democratia, utrumque enim, sicut ex dictis apparet, est regimen quod per plures exercetur; aristocratia vero oligarchia, utrumque enim exercetur per paucos; regnum autem tyranno, utrumque enim per unum exercetur. Quod autem regnum sit optimum regimen, ostensum est prius; si igitur optimo opponitur pessimum, necesse est quod tyrannus sit pessimus.

Adhuc, virtus unita magis est efficax ad effectum inducendum quam dispersa vel divisa: multi enim congregati simul trahunt illud quod divisim per partes singulariter a singulis trahi non posset. Sicut igitur utilius est virtutem operantem ad bonum esse magis unam, ut sit virtuosior ad operandum bonum, ita magis est noxium

### Poglavlje treće

#### *Najgora je vladavina tiranina*

Kao što je vladavina kralja najbolja, tako je vladavina tiranina najgora. Republici se pak protivi demokracija, jer i u jednoj i u drugoj, kao što se vidi iz rečenoga, vlada više ljudi; aristokraciji se protivi oligarhija, jer u njima vlada manjina; kraljevstvo se pak protivi tiraniji, jer u njima vlada jedan čovjek. Da je pak kraljevstvo najbolja vladavina, pokazao sam prije; ako se dakle najboljemu protivi najgora, onda je tiranija nužno najgora.

Nadalje, ujedinjena snaga uspješnije postiže neki učinak, nego ona koja je raspršena i podijeljena: naime, više udruženih ljudi mogu skupa povući ono što kao pojedinci svaki zasebno ne bi mogli učiniti. Prema tome, kao što je korisnije da neka dobrotvorna si-

<sup>12</sup> Jer 12, 10.

<sup>13</sup> Usp. Ez 34, 24.

si virtus operans malum sit una quam divisa. Virtus autem iniuste presidentis operatur ad malum multitudinis, dum commune bonum multitudinis in sui ipsius bonum tantum retorquet. Sicut igitur in regimine iusto quanto regens est magis unum, tanto est utilius regimen, ut regnum utilius est quam aristocratia, aristocratia vero quam politia: ita e contrario erit et in iniusto regimine, ut videlicet quanto regens est magis unum, tanto magis sit noxium. Magis igitur est noxia tyrannis quam oligarchia, oligarchia autem quam democratia.

Amplius, per hoc regimen fit iniustum quod, spreto bono communi multitudinis, queritur bonum privatum regentis; quanto igitur magis receditur a bono communi, tanto est regimen magis iniustum. Plus autem receditur a bono communi in oligarchia, in qua queritur bonum paucorum, quam in democratia in qua queritur bonum multorum; et adhuc plus receditur a bono communi in tyrannide, in qua queritur bonum unius tantum: omni enim universitati propinquius est multum quam paucum, et paucum quam unum solum; regimen igitur tyranni est iniustissimum.

Simul autem hoc manifestum fit considerantibus divine providentiae ordinem, que optime universa disponit. Nam bonum provenit in rebus ex una causa perfecta, quasi omnibus adunatis que ad bonum iuvare possunt, malum autem sigillatim ex singularibus

la bude što jedinstvenija da bi što snažnije stvarala dobro, tako je štetnije ako je sila koja stvara zlo jedna, a ne razjedinjena. A sila nepravednog vladara stvara zlo u narodu jer on zajedničko dobro mnoštva okreće u svoje vlastito dobro. Prema tome, što je vladar jedinstveniji u pravednoj vladavini, to je vladavina korisnija, naprimjer kraljevstvo je korisnije nego aristokracija, a aristokracija korisnija nego republika. Suprotno tome biva u nepravednoj vladavini: to jest što je vladar jedinstveniji, to je štetniji. Štetnija je dakle tiranija nego oligarhija, a oligarhija nego demokracija.

Osim toga, vladavina biva nepravedna po tome što vladar zanemarujući zajedničko dobro mnoštva traži svoje vlastito dobro. Vladavina je dakle to nepravednija što se više udaljava od zajedničkog dobra. Međutim, više se udaljuje od zajedničkog dobra u oligarhiji, u kojoj se traži dobro malog broja ljudi, nego u demokraciji, u kojoj se traži dobro mnogih; a još se više udaljuje od zajedničkog dobra u tiraniji, u kojoj se traži dobro jednog jedinog čovjeka. Bliže je naime općenitosti mnogo nego malo, i malo nego jedna jedinka. Stoga je vladavina tiranina najnepravednija.

Do ovoga uvida dolazimo također ako promotrimo red božje providnosti koja sve najbolje raspoređuje. Naime, dobro u svijetu proizlazi iz jednoga savršenog uzroka koji povezuje sve ostale ukoliko mogu pridonijeti dobro,

defectibus. Non enim est pulcritudo in corpore nisi omnia membra fuerint decenter disposita; turpitudine autem contingit quodcumque membrum inconvenienter se habeat. Et sic turpitudine ex pluribus causis diversimode provenit, pulcritudo autem uno modo ex una causa perfecta; et sic est in omnibus bonis et malis, tamquam hoc Deo providente ut bonum ex una causa sit fortius, malum autem ex pluribus causis sit debilius. Expedi igitur ut regimen iustum sit unius tantum ad hoc quod sit fortius; quod si a iustitia declinat regimen, expedi magis quod sit multorum, ut sit debilius et se invicem impediatur. Inter iniusta igitur regimina tolerabilius est democratia, pessimum vero tyrannis.

Idem etiam manifeste apparet si quis consideret mala que ex tyrannis proveniunt; quia enim tyrannus contempto communi bono querit privatum, consequens est ut subditos diversimode gravet secundum quod diversis passionibus subiacet ad bona aliqua affectanda. Qui enim passione cupiditatis detinetur, bona subditorum rapit; unde Salomon »Rex iustus erigit terram, vir avarus destruet eam«. Si vero iracundie passioni subiaceat, pro nichilo sanguinem fundit, unde dicitur per Ezechielem »Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes predam ad effundendum sanguinem«. Hoc igitur regimen fugiendum esse Sapiens monet dicens »Longe esto ab homine habente potestatem

dok zlo proizlazi iz bilo kojeg pojedinačnog manjka. Ne može se, naime, govoriti o ljepoti tijela, ako svi udovi nisu skladno raspoređeni; ružnoća pak nastaje čim je bilo koji od udova neskladan. Tako dakle ružnoća nastaje iz više uzroka na različite načine, a ljepota na jedan način iz jednoga savršenog uzroka. Tako to biva u svakom dobru i zlu, kao da božja providnost hoće da dobro koje nastaje iz jednoga uzroka bude jače, a zlo koje nastaje iz više uzroka slabije. Da bi, dakle, pravedna vladavina bila jača, bolje je da je vrši jedan čovjek; ako se pak vladavina udaljuje od pravednosti, onda je bolje da je vrši više ljudi da bi tako oslabila i da bi se oni međusobno sputavali. Stoga je među nepravednim vladavinama snošljivija demokracija, a najgora tiranija.

Ovo također jasno izlazi na vidjelo ako tko promotri zla koja proizlaze iz tiranije. Budući da tiranin zanemarujući zajedničko dobro traži svoje vlastito dobro, on nužno tlači svoje podanike na razne načine, već prema tome koje ga strasti zarobljuju da prigrabi neka dobra. Tko je naime rob strasti pohlepe, taj otima dobra podložnika; stoga Salomon kaže:<sup>14</sup> »kralj pravicom održava državu, a škrt čovjek je ruši.« Ako je pak rob strasti srdžbe, ni za što će proliti tuđu krv, zbog čega Ezekiel kaže:<sup>15</sup> »Starješine njezine po-

<sup>14</sup> Izr 29, 4.

<sup>15</sup> Ez 22, 27.

occidendi«, quasi scilicet non pro iustitia sed per potestatem occidit pro libidine voluntatis. Sic igitur nulla potest esse securitas, sed omnia sunt incerta cum a iure disceditur; nec firmari quidquam potest quale sit quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine.

Nec solum in corporalibus subditos gravat, sed etiam spiritualia eorum bona impedit. Quia enim plus preesse appetunt quam prodesse, omnem profectum subditorum impediunt, suspicientes omnem subditorum excellentiam sue inique dominationis preiudicium esse: tyrannis enim magis boni quam mali suspecti sunt, semperque hiis aliena virtus formidolosa est. Conantur igitur predicti tyranni ne ipsorum subditi virtuosii effecti magnanimitatis concipiant spiritum et eorum iniquam dominationem non ferant. Conantur etiam ne inter subditos amicitie fedus firmetur et pacis emolumento ad invicem gaudeant, ut sic, dum unus de altero non confidit, contra eorum dominium aliquid moliri non possint. Propter quod inter ipsos subditos discordias seminant, exortas nutriunt, et ea que ad confederationes hominum pertinent ut connubia et convivia prohibent, et cetera huiusmodi per que inter homines solet familiaritas et fiducia generari. Conantur etiam ne potentes aut divites fiant, quia de subditis secundum sue malitie conscientiam suspicantes, sicut ipsi potentia et divitiis ad nocendum utuntur, ita ti-

put vukova što plijen razdiru i krv proljevaju.« Mudrac opominje<sup>16</sup> da takvu vlast valja izbjegavati: »Drži se daleko od čovjeka koji ima vlast da ubije«, jer on se ne služi svojom moći radi pravednosti, nego ubija iz hirovitosti svoje samovolje. Tako nema više nikakve sigurnosti, sve je neizvjesno jer se odstupilo od pravednosti; niti se bilo što može smatrati čvrstim, budući da sve počiva na volji, da ne kažem na hirovima drugoga.

No tiranin ne tlači podanike samo u pogledu tjelesnih dobara, nego ih također sputava u duhovnim dobrima. Budući da je za njih važnije da vladaju, nego da budu korisni, sprečavaju svaki napredak svojih podanika tumačeći svaki njihov uspjeh kao opasnost za njihovu opaku vlast. Tirani, naime, više sumnjiče dobre nego zle i uvijek strahuju od kreposti drugih ljudi. Stoga spomenuti tirani nastoje da njihovi podanici ne postanu kreposni te ne steknu volju za velike pothvate i pokušaju zbaciti njihovu opaku vlast. Također nastoje da podanici ne stvaraju među sobom čvrste saveze prijateljstva i da ne uživaju međusobno u blagodatima mira, nego da dok jedan prema drugome gaje nepovjerenje ne uzmognu ništa poduzeti protiv njihove vlasti. Stoga tirani siju razdore među podanicima, podržavaju one koji su već nastali i zabranjuju sve ono što doprinosi savezništvu među ljudima, kao naprimjer ženidbene

<sup>16</sup> Sir 19, 18.

ment ne potentia et divitie subditorum eis nociva reddantur. Unde in Iob de tyranno dicitur »Sonitus terroris semper in auribus illius, et cum pax sit«, nullo scilicet ei malum intemptante, »ille semper insidias suspicatur«.

Ex hoc autem contingit ut, dum presidentes, qui subditos ad virtutes inducere deberent, virtuti subditorum nequiter invident et eam pro posse impediunt, sub tyrannis pauci virtuosii inveniuntur. Nam iuxta sententiam Aristotilis, apud illos inveniuntur fortes viri apud quos fortissimi quique honorantur; et ut Tullius dicit »Iacent semper et parum vigent que apud quosque improbantur«. Naturale etiam est ut homines sub timore nutriti in servilem degenerent animum et pusillanimes fiant ad omne virile opus et strenuum: quod experimento patet in provinciis que diu sub tyrannis fuerunt; unde Apostolus ad Colossenses dicit »Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros ut non pusillo animo fiant«.

Hec igitur nocumenta tyrannidis rex Salomon considerans dicit »Regnantibus impiis ruine hominum«, quia scilicet per nequitiam tyrannorum subiecti a virtutum perfectione deficiunt. Et iterum dicit »Cum impii sumpserint principatum gemet populos«, quasi sub servitute redactus; et iterum »Cum surrexerint impii abscondentur homines«, ut tyrannorum crudelitatem evadant. Nec est mirum, quia homo absque ratione secundum animi sui libidi-

veze, svečane gozbe i slične priredbe na kojima među ljudima obično nastaju prijateljstvo i međusobno povjerenje. Također nastoje da im podanici ne budu moćni i bogati, jer sudeći o podanicima prema svojoj pokvarenoj savjesti, strahuju da kao što su oni sami upotrebljavali moć i bogatstvo da škode drugima, tako bi ih i podanici mogli upotrijebiti protiv njih. Stoga se u knjizi Ioba<sup>17</sup> o tiranima kaže: »Krik strave svagda mu u ušima ječi, čak i kad vlada mir«, to jest kad mu nitko ne želi zlo, »on vazda strepi od zamki«.

Iz toga slijedi da vladari koji bi trebali poticati podanike da budu kreposni, zlobno im zavide na kreposti te joj, po mogućnosti, postavljaju zapreke, pa je zato malo kreposnih ljudi u tiranijama. Naime, prema mišljenju Filozofa,<sup>18</sup> hrabrih ljudi ima kod onih naroda kod kojih se časte najhrabriji, i kao što Ciceron kaže:<sup>19</sup> »Vrednote koje se u nekom narodu zabacuju, uvijek su pogazene i nemoćne«. Prirodno je također da se ljudi odgajani u strahu izrode u ropske duše i postaju malodušni za bilo koje muško i odvažno djelo. To potvrđuje iskustvo u onim pokrajinama u kojima su dugo vremena vladali tirani. Stoga Apostol kaže Kološanima:<sup>20</sup> »Očevi, ne ogorčujte svoje djece da ne postanu malodušni!«

<sup>17</sup> Job 15, 21.

<sup>18</sup> Aristotel, *Nikomahova Etika* III, 16, 1116 a 20.

<sup>19</sup> Usp. *Tuscul. Disput.* I, 2.

<sup>20</sup> Kol 3, 21.



nem presidens nichil differt a bestia; unde Salomon dicit »Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem«; et ideo a tyrannis se abscondunt homines sicut a crudelibus bestiis, idemque videtur tyranno subici et bestie sevienti substerni.

#### Capitulum quartum

##### *Quare subditis regia dignitas redditur odiosa*

Quia igitur optimum et pessimum regimen existit in monarchia, id est in principatu unius, multis quidem propter tyrannorum malitiam redditur regia dignitas odiosa; quidam vero dum regimen regni desiderant, incidunt in sevitas tyrannorum, rectoresque quam plures tyrannidem exercent sub pretextu regis dignitatis.

Horum quidem exemplum evidenter apparet in Romana republica. Regibus enim a populo

Imajući u vidu, dakle, ove štetne posljedice tiranije, kralj Salomon kaže:<sup>21</sup> »Kad vladaju bezbožni, ljudi propadaju«, utoliko naime što zloća tirana udaljuje podanike od savršenstva kreposti. A na drugom mjestu veli:<sup>22</sup> »Puk uzdiše kad bezbožni zgrabe vlast«, jer ga drže u ropstvu. I opet:<sup>23</sup> »Kad se dižu bezbožnici, ljudi se skrivaju« da bi izbjegli okrutnost tiranina. Tome se ne treba čuditi, jer čovjek bez razuma koji vlada prema požudama svoje duše ništa se ne razlikuje od životinje. Zato Salomon kaže:<sup>24</sup> »Lav koji riče i gladan medvjed: takav je bezbožni vladalac siromašnu narodu«. Stoga se ljudi skrivaju od tirana kao od okrutnih životinja, jer je ista stvar, čini se, biti podvrgnut tiraninu i biti plijen divlje životinje.

#### Poglavlje četvrto

##### *Zašto kraljevsko dostojanstvo biva mrsko podanicima*

Budući da se u monarhiji, to jest u vladavini jednoga, nalazi i najbolja i najgora vladavina, mnogima zbog zloće tirana postaje mrsko kraljevsko dostojanstvo. Neki pak dok priželjkuju vladavinu kraljevstva, doživljavaju okrutnosti tirana i veliki broj vladara pod izlikom kraljevskog dostojanstva vrši zapravo tiraniju.

<sup>21</sup> Izr 28, 12.

<sup>22</sup> Izr 29, 2.

<sup>23</sup> Izr 28, 28.

<sup>24</sup> Izr 28, 15.

Romano expulsis, dum regium vel potius tyrannicum fastum ferre non possent, instituerunt sibi consules et alios magistratus per quos regi ceperunt et dirigi, regnum in aristocratiam commutare volentes; et, sicut refert Salustius, »incredibile est memoratu quantum adepta libertate in brevi Romana civitas creverit«. Plerumque namque contingit ut homines sub rege viventes segnius ad bonum commune nitantur, utpote estimantes id quod ad commune bonum impendunt non sibi ipsis conferre, sed alteri sub cuius potestate vident esse bona communia. Cum vero bonum commune non vident esse in potestate unius, non attendunt ad bonum commune quasi ad id quod est alterius, sed quilibet attendit ad illud sicut ad summum; unde experimento videtur quod una civitas per annuos rectores administrata plus potest interdum quam rex aliquis si haberet tales tres vel quatuor civitates, parvaque servitia exacta a regibus gravius feruntur quam magna onera si a communitate civium imponantur. Quod in promotione Romane reipublice servatum fuit. Nam plebs et ad militiam scribatur et pro militantibus stipendia exsolvebat; et cum stipendiis exsolvendis non sufficeret commune erarium, »in usus publicos opes venere privatos, adeo ut preter singulos annulos aureos singulasque bullas, que erant dignitatis insignia, nichil sibi auri etiam senatus ipse reliquerit«.

Sed tamen dissensionibus fati-

Rimska republika nam pruža jasan primjer takvih slučajeva. Kad je naime rimski narod prognao kraljeve, jer nije mogao podnositi kraljevsku, odnosno još bolje tiransku bahatost, izabrao je sebi konzule i druge poglavare koji su od tada počeli njime vladati i upravljati, htijuci tako kraljevstvo zamijeniti aristokracijom. I kao što izvješćuje Salustije:<sup>25</sup> »nemoguće je pojmiti kako je rimska država brzo uznapredovala, čim je postala slobodna«. Često se, naime, događa da ljudi koji žive pod kraljevskom vlašću nevoljko rade za zajedničko dobro, jer smatraju da njihov doprinos zajedničkom dobru ne koristi njima samima, nego samo onome tko ima vlast nad zajedničkim dobrom. Ali kada vide da zajedničko dobro nije u rukama jedne osobe, onda ga i ne smatraju tuđim vlasništvo, nego se svatko brine za nj kao da je njegovo vlastito dobro. Iskustvo pokazuje da je ponekad snažnija država kojom upravljaju poglavari koji se biraju svake godine, nego kralj koji bi imao tri ili četiri države. I teže je nositi male terete što ih nameću kraljevi, nego velike terete što ih nameće zajednica građana. To se obistinilo u razvoju Rimske republike. Jer puk je služio vojsci i plaćao doprinose za uzdržavanje vojske; a budući da državna blagajna nije bila dovoljna za te troškove »prodavala se osobna imo-

<sup>25</sup> Usp. *Bellum Catilinae* 7, 3. Ovaj tekst navodi Augustin u svom djelu *De civitate Dei*, V, c. 12, u PL 41, 154.

gabantur continuis, que usque ad bella civilia excreverunt; quibus bellis civilibus eis libertas ad quam multum studuerant de manibus erepta est, et sub potestate imperatorum esse ceperunt, qui se reges appellare a principio noluerunt quia Romanis fuerat nomen regium odiosum. Horum autem quidam more regio bonum commune fideliter procuraverunt, per quorum studium Romana respublica et aucta et conservata est; plurimi vero eorum in subditos quidem tyranni, ad hostes vero effecti desides et imbelles, Romanam rempublicam ad nichilum redegerunt.

Similis etiam processus fuit in populo Hebreorum. Primo quidem dum sub iudicibus regabantur, undique diripiebantur ab hostibus; unusquisque quod bonum erat in oculis suis faciebat. Regibus vero eis divinitus datis ad eorum instantiam, propter regum malitiam a cultu unius Dei recesserunt et finaliter in captivitatem sunt ducti.

Utrinque igitur pericula imminent, sive dum timetur tyrannus evitetur regis optimum regimen, sive dum hoc desideratur potestas regia in malitiam tyrannicam convertatur.

vina u društvene svrhe, tako da ni sami senatori ne zadržavaše nikakva zlata, osim po jedan prsten i zlatni privjesak s ogrlice, koji bijahu znakovi njihova dostojanstva«. <sup>26</sup>

Ali Rimljani su bili izmoreni stalnim razdorima koji su se izrodili u građanske ratove; u tim građanskim ratovima istrgnuta im je iz ruku sloboda za koju su se mnogo zalagali i tada su pali pod vlast careva koji se isprva nisu htjeli nazivati kraljevima, jer je Rimljanima bilo mrsko kraljevsko ime. Neki od njih su se, poput kralja, vjerno brinuli za zajedničko dobro te se njihovim zalaganjem Rimski republika i povećala i očuvala, ali mnogi od njih su postali tirani prema podanicima, a prema neprijateljima meki i nemoćni te su tako Rimsku republiku upropastili.

Nešto slično dogodilo se i kod židovskog naroda. U početku, dok su njima vladali suci, sa svih strana su ih razdirali neprijatelji jer je svatko činio što se njemu osobno činilo dobrim. Kad su pak na svoju molbu od Boga dobili kraljeve, zbog zloće tih kraljeva odstupili su od štovanja jednoga Boga te su na kraju bili odvedeni u sužanjstvo.

<sup>26</sup> Usp. Augustin, *De civitate Dei* III, c. 19, u PL 41, 100. Tomin citat ovoga teksta razlikuje se u nekim sitnicama od onoga koji čitamo u hrvatskom prijevodu Tomislava Ladana *O državi Božjoj*, Kršćanska sadašnjost, Zagreb, 1982, str. 218.

Prema tome, s jedne i s druge strane prijete opasnosti: bilo da se zbog straha od tiranina izbjegava najbolja vladavina kralja, bilo da se ta vlast priželjkuje, ali se ona izrodi u tiransku zloću.

## Capitulum quintum

*Quod minus malum est cum monarchia in tyrannidem convertitur quam cum regimen plurium optimatum corrumpitur*

Cum autem inter duo ex quorum utroque periculum imminet eligere oportet, illud videtur potissime eligendum ex quo sequitur minus malum. Ex monarchia autem, si in tyrannidem convertatur, minus malum sequitur quam ex regimine plurium optimatum quando corrumpitur. Dissensio enim que plerumque sequitur ex regimine plurium contrariatur bono pacis, quod est precipuum in multitudine sociali; quod quidem bonum per tyrannidem non tollitur, sed aliqua particularium hominum bona impediuntur, nisi fuerit excessus tyrannidis quod in totam communitatem deseuiat. Magis igitur preoptandum est unius regimen quam multorum, quamvis in utroque sequantur pericula.

Adhuc, illud magis fugiendum videtur ex quo pluries sequi possunt magna pericula; frequentius autem sequuntur maxima pericula multitudinis ex multorum regimine quam ex regimine unius. Pleru-

## Poglavlje peto

*Manje je zlo ako se monarhija preokrene u tiraniju, nego ako se izopači vladavina više aristokrata*

Ako već treba izabrati između dviju mogućnosti u kojima se krije neka opasnost, onda svakako treba izabrati onu iz koje slijedi manje zlo. A manje zlo proizlazi iz monarhije koja se preokrene u tiraniju, nego iz izopačene vladavine više aristokrata. Jer razdor koji proizlazi iz vladavine više vladara protivi se dobru mira koji je najvažniji u društvenoj zajednici. Do čim tiranija ne ukida to dobro, nego samo sprečava poneka dobra pojedinih ljudi, osim ako se tiranija toliko izrodi da bjesni protiv cijele zajednice. Više, dakle, trebamo željeti vladavinu jedne osobe nego mnogih, premda se u obima kriju opasne posljedice.

Nadalje, čini se da najviše treba izbjegavati ono što je često uzrok velikih pogibelji. Međutim, vladavina mnogih vladara češće je uzrok najvećih zala u zajednici, nego vladavina jednoga. Više puta se naime događa da pogriješi protiv težnje za zajedničkim dobrom neki član brojnih vladara, nego

mque enim contingit ut ex pluribus aliquis ab intentione communis boni deficiat, quam quod unus tantum. Quicumque autem ex pluribus presidentibus divertat ab intentione boni communis, dissensionis periculum multitudini subditorum imminet, quia dissidentibus principibus consequens est ut in multitudine sequatur dissensio. Si vero unus presit, plerumque quidem ad bonum commune respicit; ac si a bono communi intentionem avertat, non statim sequitur ut totaliter ad subditorum oppressionem intendat, quod est excessus tyrannidis et in malitia regiminis maximum gradum tenens, ut supra ostensum est. Magis igitur sunt fugienda pericula que proveniunt ex regimine plurium quam ea que proveniunt ex gubernatione unius.

Amplius, non minus contingit in tyrannidem verti regimen multorum quam unius, sed forte frequentius. Exorta namque dissensione per regimen plurium, contingit sepe unum alios superare et sibi soli multitudinis dominium usurpare; quod quidem ex hiis que pro tempore fiunt manifeste inspicere potest. Nam fere omne multorum regimen est in tyrannide terminatum, ut in Romana publica maxima apparet. Que cum diu per plures magistratus administrata fuisset, exortis simultatibus, dissensionibus et bellis civilibus, in crudelissimos tyrannos inciderunt. Et universaliter si quis preterita facta et que nunc fiunt diligenter consideret, plures

jedan vladar. A kada se bilo koji član brojnih vladara udalji od težnje za zajedničkim dobrom, u zajednici podanika se javlja opasnost razdora, jer čim zavlada razdor među vladarima, on nužno prelazi i na zajednicu. Ali ako vlada jedan vladar, on se većinom obazire na zajedničko dobro, a ako se i odvrti od težnje za zajedničkim dobrom, ne slijedi da će odmah svim silama tlačiti podanike, što je vrhunac tiranije i najteži oblik opake vladavine, kako sam prije pokazao. Prema tome, više treba izbjegavati opasnosti koje proizlaze iz vladavine više vladara, nego iz upravljanja jednoga.

Još nešto: nije rjeđi, nego je možda upravo češći slučaj da se vladavina više vladara preokreće u tiraniju, nego vladavina jednoga. Čim naime izbije razdor u vladavini više vladara često se događa da jedan vladar prevlada nad drugima i prisvaja samome sebi svu vlast nad zajednicom: to se može jasno razabrati iz povijesnih događaja. Naime, gotovo sve vladavine brojnih vladara svršile su u tiraniji, što najjasnije pokazuje slučaj Rimske republike. Pošto je njome kroz dugo vremena upravljalo više magistrata, kad su izbila suparništva, razdori i građanski ratovi, ona je upala u najokrutniju tiraniju. I općenito govoreći, ako tko pomnjivo promotri događaje prošlosti i sadašnjosti ustanovit će da je bilo više tiranije u zemljama kojima je vladalo više ljudi, nego u onima kojima je

inveniet exercuisse tyrannidem in terris que per multos reguntur, quam in illis que gubernantur ab uno. Si igitur regnum, quod est optimum regimen, maxime vitandum videatur propter tyrannidem, tyrannis autem non minus, sed magis contingere solet in regimine plurium quam unius: relinquitur simpliciter magis esse expediens sub rege uno vivere quam sub regimine plurium.

#### Capitulum sextum

*Qualiter providendum est ne rex incidat in tyrannum*

Quia ergo unius regimen eligendum est, quod est optimum, et contingit ipsum in tyrannidem converti, quod est pessimum, ut ex dictis patet, diligenti studio laborandum est ut sic multitudini provideatur de rege ut non incidat in tyrannum.

Primum autem est necessarium ut talis condicionis homo, ab illis ad quos hoc spectat officium, promoveatur in regem, quem non sit probabile in tyrannidem declinare; unde Samuel Dei providentiam erga institutionem regis commendans ait »Quesivit sibi Dominus virum secundum cor suum, et precepit ei Dominus ut esset dux super populum suum«. Deinde sic disponenda est regni gubernatio ut regi iam insituto tyrannidis subtrahatur occasio. Simul etiam sic eius temperetur potestas ut in tyrannidem de facili declinare non

upravljao jedan čovjek. Ako se, dakle, čini da kraljevstvo, koje je najbolja vladavina, treba izbjegavati zbog tiranije, ipak tiranija obično više dolazi do izražaja u vladavini više vladara nego u vladavini jednoga. Iz toga slijedi da je u krajnjoj liniji (*simpliciter*) bolje živjeti pod jednim kraljem nego pod vladavinom više vladara.

#### Poglavlje šesto

*Što treba poduzeti da kralj ne postane tiranin*

Dakle, budući da vladavini jednoga čovjeka treba dati prednost, jer je najbolja, a ipak se događa da se ona pretvori u tiraniju, koja je najveće zlo, kao što se vidi iz dosadašnjeg izlaganja, treba postupati veoma pažljivo da zajednica dobije takvoga kralja da ne bi pala u ruke tiraninu.

Prije svega, potrebno je da birajući kojih je to služba, promaknu za kralja čovjeka takvih osobina koji po svoj prilici neće zastraniti u tiraniju. Stoga Samuel upućujući na božju providnost pri izboru kralja kaže:<sup>27</sup> »Gospodin je potražio sebi čovjeka po svom srcu i odredio ga za kneza nad svojim narodom.« Zatim upravu kraljevstva treba tako urediti da se postavljenom kralju oduzima mogućnost za tiraniju. Istodobno va-

<sup>27</sup> Usp. 1 Kr 13, 14.

possit; que quidem quomodo fi-  
ant, in sequentibus consideran-  
dum erit. Demum vero curandum  
est, si rex in tyrannidem diverte-  
ret, qualiter posset occurri.

Et quidem si non fuerit exces-  
sus tyrannidis, utilius est remis-  
sam tyrannidem tolerare ad tem-  
pus, quam contra tyrannum agen-  
do multis implicari periculis que  
sunt graviora ipsa tyrannide. Po-  
test enim contingere ut qui contra  
tyrannum agunt prevalere non  
possint, et sic provocatus tyran-  
nus magis deseuiat. Quod si pre-  
valere quis possit adversum tyran-  
num, ex hoc multotiens proveni-  
unt gravissime dissensiones in po-  
pulo, sive dum in tyrannum insur-  
gitur, sive post deiectionem tyran-  
ni dum erga ordinationem regimi-  
nis multitudo separatur in partes.  
Contingit etiam interdum ut, dum  
alicuius auxilio multitudo expellit  
tyrannum, ille potestate accepta  
tyrannidem arripit, et timens pati  
ab alio quod ipse in alium fecit,  
graviori servitute subditos oppri-  
mit. Sic enim in tyrannide solet  
contingere ut posterior gravior fi-  
at quam precedens, dum prece-  
dentia gravamina non deserit et  
etiam ipse ex sui cordis malitia  
nova excogitat. Unde Syracusis  
quondam Dyonisii mortem omni-  
bus desiderantibus, anus quedam  
ut incolumis et sibi superstes esset  
continue orabat; quod ut tyran-  
nus cognovit, cur hoc faceret in-  
terrogavit. Tum illa »Puella, inqu-  
it, existens cum gravem tyrannum  
haberemus, alium cupiebam; quo  
interfecto aliquantulum durior

lja ograničiti njegovu vlast tako  
da je ne mogne olako skrenuti  
u tiraniju. Kako ovo treba izvesti,  
razmotrit ćemo poslije. Napokon,  
treba se pobrinuti kako stati na  
kraj kralju koji bi zastranio u tira-  
niju.

Ako pak tiranija ne prelazi  
u krajnost, onda je bolje podnositi  
privremeno umjerenu tiraniju, ne-  
go se suprotstavljanjem tiraninu  
izlagati mnogim opasnostima ko-  
je su teže i od same tiranije. Jer  
može se dogoditi da pobunjenici  
ne mogu svladati tiranina i da on  
tako razjaren postane još okrutni-  
ji. Pa čak i kad nekom pođe za  
rukou da svlada tiranina, iz toga  
često nastaju vrlo teški razdori  
u narodu, bilo još za vrijeme po-  
bune protiv tiranina, bilo poslije  
njegova zbacivanja, jer se mno-  
štvo podijeli na suprotne strane  
zbog uređenja nove vladavine. Po-  
nekad se događa i to da mnoštvo  
izagna tiranina s nečijom pomoći,  
a ovaj čim se dočepa vlasti zavede  
tiraniju i u strahu da sam ne pretr-  
pi ono što je drugome činio, navali  
na podanike još teže ropstvo. Ta-  
ko, naime, obično biva u tiraniji,  
da slijedeći tiranin postaje još teži  
od prethodnog jer ne ukida tlače-  
nja svoga prethodnika, nego još  
izmišlja nova iz svoga zlobnog sr-  
ca. Stoga se nekoć u Sirakuzi neka  
starica stalno molila za zdravlje  
i dug život (tiranina) Dionizija,  
dok su svi drugi željeli njegovu  
smrt. Kad je to tiranin doznao,  
upitao ju je zašto to čini. A ona  
mu reče: »Kad sam bila djevojka,  
imali smo jednog okrutnog tirani-

successit, eius quoque finiri domi-  
nationem magnum estimabam.  
Tertium te importunior habere  
cepimus rectorem; itaque si tu fu-  
eris assumptus, deterior in tuum  
locum succedet«.

Et si sit intolerabilis excessus  
tyrannidis, quibusdam visum fuit  
ut ad fortium virorum virtutem  
pertineat tyrannum interimere, se-  
que pro liberatione multitudinis  
exponere periculis mortis; cuius  
rei exemplum etiam in Veteri tes-  
tamento habetur. Nam Aioth  
quidam Eglon regem Moab, qui  
gravi servitute populum Dei pre-  
mebat, sica infixam in eius femore  
interemit, et factus est populi  
iudex. Sed hoc apostolice doctrine  
non congruit. Docet enim nos Pe-  
trus »non solum bonis et mode-  
stis, verum etiam dyscolis dominis  
reverenter subditos esse: hec est  
enim gratia, si propter conscientiam  
Dei sustineat quis tristitias pa-  
tiens iniuste«. Unde cum multi  
Romanorum imperatores fidem  
Christi persequerentur tyrannice,  
magna multitudo tam nobili-  
um quam populi esset ad fidem  
conversa, non resistendo sed mor-  
tem patienter et armati sustinen-  
tes pro Christo laudantur, ut in  
sacra Thebeorum legione manife-  
ste apparet. Magisque Aioth iudi-  
candus est hostem interemisse  
quam populi rectorem, licet ty-  
rannum; unde et in Veteri testa-  
mento leguntur occisi fuisse hii  
qui occiderunt Ioas regem Iuda,  
quamvis a cultu Dei recedentem,  
eorum filiis reservatis secundum  
legis preceptum.

na, pa sam željela da umre; pošto  
su njega ubili, došao je drugi, po-  
nešto okrutniji nasljednik; bila  
sam veoma sretna kad je i njegova  
vlast svršila. A onda smo dobili za  
trećeg upravitelja tebe, još većeg  
nasilnika. Stoga, ako bi tebe sma-  
knuli, na tvoje bi mjesto došao još  
gori tiranin.«<sup>28</sup>

No kad bahatost tiranije po-  
staje nepodnošljiva, neki su sma-  
trali da je dužnost srčanih ljudi  
smaknuti tiranina i izložiti se  
smrtnoj opasnosti radi oslobođe-  
nja zajednice; primjer za ovaj slu-  
čaj nalazi se i u Starom zavjetu.  
Naime neki Ehud ubi Eglona kra-  
lja moapskog, koji je teškim rop-  
stvom tlačio Božji narod, satjerav-  
ši mu bodež u trbuh, i postade  
sudac naroda.<sup>29</sup> Ali ovo se ne sla-  
že s naukom apostolâ. Jer Petar  
nas uči<sup>30</sup> »da budemo pokorni  
svojim gospodarima s dužnim po-  
štovanjem, ne samo dobrima  
i blagima, nego i naopakima. To  
je uistinu milost, ako tko radi sav-  
jesti, radi Boga podnosi nevolje  
trpeći nepravedno.« Stoga kad su  
mnogi rimski carevi tiranski pro-  
ganjali Kristovu vjeru i kad se ve-  
liki mnoštvo i plemstva i puka  
obratilo na vjeru, slavili su se oni  
koji su bez otpora, strpljivo i srča-  
no išli u smrt radi Krista, kao što  
se jasno vidi u svetoj legiji Tebeja-  
ca.<sup>31</sup> Ehudov slučaj valja shvatiti  
tako da je on smaknuo neprijate-

<sup>28</sup> Usp. Valerije Maksim, *Factorum et dict. memor.* VI, c. 2, Ext. 2.

<sup>29</sup> Usp. Suci 3, 15-27.

<sup>30</sup> Usp. 1 Pt 2, 18-19.

<sup>31</sup> Usp. *Acta Sanctorum Sept.*, t. VI, 308.

Esset autem hoc multitudini periculosum et eius rectoribus, si privata presumptione aliqui attemptarent presidentium necem, etiam tyrannorum: plerumque enim huiusmodi periculis magis exponunt se mali quam boni; malis autem solet esse grave dominium non minus regum quam tyrannorum, quia, secundum sententiam Salomonis »dissipat impios rex sapiens«. Magis igitur ex huiusmodi presumptione immineret periculum multitudini de amissione boni regis, quam remedium de subtractione tyranni.

Videtur autem magis contra tyrannorum sevitiā non privata presumptione aliquorum, sed auctoritate publica procedendum. Primo quidem, si ad ius alicuius multitudinis pertineat sibi providere de rege, non iniuste ab eadem rex institutus potest destitui, vel refrenari eius potestas, si potestate regia tyrannice abutatur. Nec putanda est talis multitudo infideliter agere tyrannum destituens, etiam si ei se in perpetuum ante subiecerat; quia hoc ipse meruit in multitudinis regimine se non fideliter gerens ut exigit regis officium, quod ei pactum a subditis non servetur. Sic Romani Tarquinium Superbum, quem in regem susceperant, propter eius et filiorum tyrannidem a regno eiecerunt, substituta minori, scilicet consularia potestate. Sic etiam Domitianus, qui modestissimis imperatoribus Vespasiano patri et Tito fratri eius successerat, dum tyrannidem exercebat a senatu

lja, a ne narodnog vođu, iako je bio tiranin. Stoga i u Starom zavjetu čitamo da su bili ubijeni oni koji su ubili Joaša,<sup>32</sup> kralja Judeje, mada se on udaljio od štovanja Boga, i da su bili pošteđeni od smrti, prema zapovijedi zakona, njihovi sinovi.

Bilo bi, naime, opasno i za narod i za njegove upravitelje kad bi neki po vlastitom nahođenju ubijali vladare, pa makar da su i tirani. Jer se na ovako opasne pothvate prije odlučuju zli nego dobri. Zlima je obično podjednako teška vlast kraljeva kao i vlast tirana, jer prema Salomonovom mišljenju<sup>33</sup> »mudar kralj raspršuje bezbožnike«. Stoga od takvog pothvata narodu više prijete opasnost da izgubi dobrog kralja, nego što mu se pruža prilika da ukloni tiranina.

Čini se da je protiv okrutnosti tiranina bolje istupati ne po vlastitom nahođenju nekih pojedinaca, nego autoritetom javnosti. Jer, ponajprije, ako je pravo nekoga naroda da odredi sebi kralja, onda nije nepravedno da taj isti narod ukloni postavljenog kralja, ili da ograniči njegovu vlast,<sup>34</sup> ako je tiranski zloupotrebljava. I ne treba smatrati da taj narod zbacujući tiranina krši vjernost, čak i ako

<sup>32</sup> Usp. 2 Kr 14, 6.

<sup>33</sup> Izr 20, 26.

<sup>34</sup> Tomi su zacijelo bila poznata bar dva velika dokumenta iz 13. stoljeća kojima se ograničavala kraljevska vlast: *Magna Charta* iz 1215. u Engleskoj i *Zlatna bula* iz 1222. u Mađarskoj. K tome, Tomin suvremenik, francuski kralj Ljudevit IX vrlo je mudro i demokratski surađivao sa svim društvenim silama u upravljanju Francuskom.

Romano interemptus est, omnibus que idem perverse fecerat per senatusconsultum iuste et salubriter in irritum revocatis. Quo factum est ut beatus Iohannes evangelista, dilectus Dei discipulus, qui per ipsum Domitianum in Pathmos insulam fuerat exilio relegatus, ad Ephesum per senatusconsultum remitteretur.

Si vero ad ius alicuius superioris pertineat multitudini providere de rege, expetendum est ab eo remedium contra tyranni nequitiam. Sic Archelai, qui in Iudea pro Herode patre suo regnare iam ceperat, paternam malitiam imitans, Iudeis contra eum querimoniam ad Cesarem Augustum deferentibus, primo quidem potestas diminuitur, ablato sibi regio nomine et medietate regni sui inter duos fratres eius divisa; demum cum nec sic a tyrannide compesceretur, a Tiberio Cesare relegatus est in exilium apud Lugdunum Gallie civitatem.

Quod si omnino contra tyrannum auxilium humanum haberi non possit, recurrendum est ad regem omnium Deum qui est »adiutor in opportunitatibus, in tribulatione«. Eius enim potentie subest ut cor tyranni crudele convertat in mansuetudinem, secundum Salomonem »Cor regis in manu Dei, quocumque voluerit inclinabit illud«; ipse enim regis Assueri crudelitatem, qua Iudeis mortem parabat, in mansuetudinem vertit; ipse est qui Nabugodonosor crudelem regem in tantam devotionem convertit, quod

mu je prije obećao vječnu pokornost. Jer je on sam kriv što njegovi podanici ne opslužuju svoje obveze prema njemu, budući da ni on nije bio vjeran svojim obvezama u vladanju narodom, kao što zahtijeva kraljevska dužnost. Tako su Rimljani protjerali iz kraljevstva Tarkvinija Oholog,<sup>35</sup> koga su izabrali za kralja, zbog njegove tiranije i tiranije njegovih sinova, te su na njegovo mjesto postavili ograničenu vlast, to jest konzularnu. Jednako tako Rimski senat je ubio Domicijana, koji je došao poslije veoma skromnih careva, svoga oca Vespazijana i brata Tita, zbog njegova tiranskog vladanja, a odlukom senata ukinute su pravedno i mudro sve njegove opake naredbe.<sup>36</sup> Zbog toga se dogodilo da je odlukom senata vraćen blaženi Ivan evanđelist, ljubljani Božji učenik, u Efez, koga Domicijan bijaše prognao u Patmos.<sup>37</sup>

Ali ako pravo izbora kralja za zajednicu pripada nekoj višoj vlasti, onda od nje treba tražiti da poduzme mjere protiv zloće tiranina. Tako je Arhelaj koji je počeo vladati u Judeji umjesto svoga oca Heroda, oponašao njegovu zloću. Pošto su ga Židovi optužili caru Augustu, najprije mu je bila ograničena vlast, oduzet naslov kralja, a polovina njegova kraljevstva bijaše podijeljena između dva

<sup>35</sup> Usp. Augustin, *De civitate Dei* V, c. 12, u PL 41, 154.

<sup>36</sup> Usp. Euzebij, *Chronicorum* II, u PG 19, 551 h.

<sup>37</sup> Usp. Euzebij, *isto* i Jeronim, *De viris illustribus*, c. 9, u PL 23, 625 A.

factus est divine potentie predicator: »Nunc igitur, inquit, ego Nabugodonosor laudo et magnifico et glorifico regem celi, quia opera eius vera et vie eius iudicia, et gradientes in superbia potest humiliare«.

Tyrannos vero quos reputat conversione indignos, potest auferre de medio vel ad infimum statum reducere, secundum illud Sapientis »Sedes ducum superbiorum destruxit Deus et sedere fecit mites pro eis«. Ipse est enim qui videns afflictionem populi sui in Egypto et audiens eorum clamorem, Pharaonis tyrannidem deiecit cum exercitu eius in mare. Ipse est qui memoratum Nabugodonosor prius superbientem, eiec-tum non solum de regni solio sed etiam de hominum consortio, in similitudinem bestie commutavit. Nec est abbreviata manus eius, ut populum suum a tyrannis liberare non possit: promittit enim per Ysaïam populo suo requiem se daturum »a labore et concussione et servitute dura« qua ante servierat; et per Ezechielem dicit »Liberabo gregem meum de ore eorum«, scilicet pastorum qui pascunt se ipsos. Sed ut hoc beneficium populus a Deo consequi mereatur, debet a peccatis cessare, quia in ultionem peccati divina permissione impii accipiunt principatum, dicente Domino per Osee »Dabo tibi regem in furore meo«; et in Iob dicitur quod »regnare facit hominem ypocritam propter peccata populi«. Tollenda

brata. Najzad, kad se ni tako nije mogao odvratiti od tiranije, car Tiberije ga je potjerao u izgnanstvo u Lyon, grad u Galiji.<sup>38</sup>

Ako se pak protiv tiranina ne može naći nikakva ljudska pomoć, valja se uteći Bogu, kralju svih ljudi, koji je »pomoćnik u nevoljama, u tjeskobi«.<sup>39</sup> On, naime, može obratiti okrutno srce tiranina u blagost, prema riječima Salomona:<sup>40</sup> »Kraljevo je srce u ruci božjoj, vodi ga kuda god hoće.« On je obratio okrutnost Ahasvera,<sup>41</sup> koji se spremao da pobije Židove, u blagost. Obratio je Nabukodonozora, okrutnog kralja, u tako pobožnog vladara da je postao propovjednik božje moći:<sup>42</sup> »Sada ja, Nabukodonozor, hvalim i uzvisujem i slavim Kralja nebeskoga, čija su sva djela istina, svi putovi pravda i koji može poniziti one koji hode u oholosti.«

Tirane pak koje Bog smatra nedostojnim obraćenja, može on ukloniti sa zemlje ili ih baciti u vema bijedno stanje, prema riječima Mudraca:<sup>43</sup> »Bog je srušio prijestolja oholih vođa i zamijenio ih je blagima.« On je videći nevolju svoga naroda u Egiptu i slušajući njegov vapaj, zbacio tiranina Faraona<sup>44</sup> zajedno s njegovom vojskom u more. On je također spo-

<sup>38</sup> Usp. Jeronim, *In Matth.* 2, 22, u PL 26, 28 C.

<sup>39</sup> Usp. Ps 8, 10.

<sup>40</sup> Usp. Izr 21, 1.

<sup>41</sup> Usp. Ester 15, 11.

<sup>42</sup> Usp. Dn 4, 34.

<sup>43</sup> Sir 10, 7.

<sup>44</sup> Usp. Izl 14, 23–28.

est igitur culpa ut cesset tyrannorum plaga.

menutog Nabukodonozora, nekadašnjeg oholicu, ne samo zbacio s kraljevskog prijestolja, nego i iz ljudskog društva, te ga je preobrazio u spodobu sličnu životinji.<sup>45</sup> Božja ruka nije postala kraća da ne bi mogla osloboditi svoj narod od tirana, jer po Izaiji obećaje svom narodu mir »od stradanja i nemira i teškog robovanja.«<sup>46</sup> Po Ezekijelu govori:<sup>47</sup> »Istrgnut ću ovce iz usta njihovih«, to jest pastira koji sami sebe pasu. Ali da bi narod zaslužio to dobročinstvo, treba prekinuti s grijesima, jer bezbožnici s Božjim dopuštenjem osvajaju vlast radi kazne grijeha; Gospodin kaže po Hošeji:<sup>48</sup> »U gnjevu svom kralja ću ti dati«, a u Jobu se kaže<sup>49</sup> da »pušta vladati himbena čovjeka radi grijeha naroda.« Stoga treba ukloniti grijeh da bi prestalo mučenje tirana.

### Capitulum septimum

*Quod mundanus honor seu gloria non sunt sufficiens premium regis*

Quoniam autem secundum predicta regis est bonum multitudinis querere, nimis videretur onerosum regis officium nisi ei aliquid proprium bonum ex hoc proveniret. Oportet igitur considerare quale sit boni regis conveniens premium.

Quibusdam igitur visum est regis premium non esse aliud quam honorem et gloriam, unde et Tullius in libro De republica diffinit principem civitatis esse

### Poglavlje sedmo

*Svjetska čast ili slava nisu dovoljna nagrada kralju*

Budući da je dužnost kralja, prema onome što smo rekli, da se brine za dobro zajednice, kraljevska služba bi se učinila i odviše teškom kad kralj po njoj ne bi zaslužio neko osobno dobro. Stoga promotrimo kakvu nagradu zaslužuje dobar kralj.

<sup>45</sup> Usp. Dn 4, 30.

<sup>46</sup> Iz 14, 3.

<sup>47</sup> Ez 34, 10.

<sup>48</sup> Hoš 13, 11.

<sup>49</sup> Job 34, 30.

alendum gloria; cuius rationem Aristoteles in libro Ethicorum assignare videtur, quia princeps cui non sufficit honor et gloria consequenter tyrannus efficitur. Inest enim animis omnium ut proprium bonum querant; si ergo contentus non sit princeps gloria et honore, querit voluptates et divitias et sic ad rapinas et subditorum iniurias convertitur.

Sed si hanc sententiam receperimus, plurima sequuntur inconvenientia. Primo namque hoc esset regibus dispendiosum, si tot labores et sollicitudines paterentur pro mercede tam fragili; nichil enim videtur in rebus humanis fragilius gloria et honore favoris hominum, cum dependeat ex opinionibus hominum et verbis eorum, quibus nichil mutabilius in vita hominibus; et inde est quod Ysaïas propheta huiusmodi gloriam nominat florem feni. Deinde humane glorie cupido animi magnitudinem aufert: qui enim favorem hominum querit, necesse est ut in omni quod dicit aut facit eorum voluntati deserviat; et sic dum placere omnibus studet, fit servus singulorum. Propter quod et idem Tullius, in libro De officiis, cavendum dicit esse glorie cupidinem: »Eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio«. Nichil autem principem qui ad magna peragenda instituitur, magis decet quam animi magnitudo; est igitur incompetentis regis officio humane glorie premium.

Simul etiam est multitudini

Neki su smatrali da se ta nagrada kralju ne sastoji ni u čemu drugom nego u časti i slavi. Tako i Ciceron u svojoj knjizi *O republici*<sup>50</sup> tvrdi da vođu države treba podržavati slavom, a čini se da Aristotel u knjizi *Etike*<sup>51</sup> ukazuje na razlog toga, jer vladar koji nije zadovoljan čašću i slavom nužno postaje tiranin. Naime, u duši svih bića usađena je težnja da traže vlastito dobro; ako se, dakle, vladar ne zadovoljava slavom i čašću, on traži naslade i bogatstvo, a zatim prelazi na pljačku i nepravedna djela prema podanicima.

Međutim, ako prihvatimo ovo mišljenje, iz njega proizlaze mnoge neugodne posljedice. Ponaјprije, kraljevi bi bili oštećeni kad bi podnosili tolike muke i brige radi tako krhke plaće. Jer čini se da ništa nije krhkije u ljudskoj stvarnosti od slave i časti koje dolaze od ljudi, jer ona zavisi od njihova mišljenja i njihovih riječi, a ništa nije tako promjenljivo u ljudskom životu kao što su upravo one. Stoga prorok Izaija takvu slavu naziva poljskim cvijetom.<sup>52</sup> Osim toga, žudnja za ljudskom slavom upropašćuje veličinu [ljudskog] duha, jer tko traži naklonost ljudi, taj svim svojim riječima i djelima služi njihovoj volji. Tako u nastojanju da se svi ma dopadne, postaje njihov rob. Radi toga Ciceron u knjizi *O službama*<sup>53</sup> kaže da se treba čuvati od

<sup>50</sup> De Republica V, c. 7 (ed. Ziegler, Leipzig 1960, str. 119).

<sup>51</sup> Nikomahova Etika V, 11, 1134 b 7.

<sup>52</sup> Iz 40, 6.

<sup>53</sup> De officiis 1, 20, 68.

noxium si tale premium statuatur principibus. Pertinet enim ad boni viri officium ut contempnat gloriam sicut et alia temporalia bona: virtuosus enim et fortis animi est pro iustitia contempnere gloriam sicut et vitam. Unde fit quoddam mirabile, et quia virtuosos actus consequitur gloria ipsaque gloria virtuose contempnitur, ex contemptu glorie homo gloriosus redatur, secundum sententiam Fabii dicentis »Gloriam qui spreverit, veram habuit«. Et de Catone dixit Salustius »Quo minus petebat gloriam, tanto magis assequabatur illam«; ipsique Christi discipuli se sicut Dei ministros exhibebant »per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam«. Non est igitur boni viri conveniens premium gloria quam contempnunt boni. Si igitur hoc solum premium statuatur principibus, sequetur bonos viros non assumere principatum, aut si assumpserint impremiatos esse.

Amplius, ex cupidine glorie periculosa mala proveniunt. Multi enim dum immoderate gloriam in rebus bellicis querunt, se ac suos exercitus perdidierunt, libertate patrie sub hostium servitute redacta; unde Torquatus Romanus princeps, in exemplo huius vitandi discriminis, filium, qui contra imperium suum ab hoste provocatus juvenili ardore pugnavit, licet vicisset occidit, ne plus mali esset in presumptionis exemplo quam utilitatis in gloria hostis occisi. Habet etiam cupido glorie aliud sibi familiare vitium, simu-

žudnje za slavom. Gubi se, naime, sloboda duha za kojom treba da svojski teže ljudi velikog duha. A vladaru koji je postavljen da čini velika djela ništa ne pristaje toliko koliko veličina duha. Stoga ljudska slava nije primjerena plaća za službu kralja.

No kad bi se takva nagrada davala vladarima, to bi istodobno imalo štetne posljedice i za narod. Dužnost je naime dobroga čovjeka da prezire slavu kao i ostala vremenita dobra, jer svojstvo je kreposna i hrabra duha da zbog pravednosti prezre slavu i život. Tako nastaje ova čudnovata situacija, naime, da je slava posljedica kreposnih čina, a kreposno je prezirati samu slavu te čovjek postaje slavan po tom preziru slave, prema mišljenju Fabija koji kaže:<sup>54</sup> »Tko prezre slavu, ima onu pravu.« O Katonu pak reče Salustije:<sup>55</sup> »Što je manje tražio slavu, to ju je više postizavao.« Pa i Kristovi učenici pokazali su se božjim službenicima »slavom i sramotom; zlim i dobrim glasom«.<sup>56</sup> Stoga dobrom čovjeku nije prikladna nagrada slava koju dobri preziru. Kad bi, dakle, vladari primali kao nagradu samo slavu, slijedi da dobri ljudi ne bi prihvatili službu vladara, ili ako bi je prihvatili ne bi bili nagrađeni.

Osim toga, iz žudnje za slavom proizlaze opasna zla. Mnogi su, naime, tražeći neumjereno sla-

<sup>54</sup> Usp. Tit Livije, *Ab Urbe condita* XXII, 39, 20.

<sup>55</sup> *Bellum Catilinae*, c. 54, 6; kod Augustina: *De civitate Dei* V, c. 12, u Pl 41, 156.

<sup>56</sup> Usp. 2 Kor 6, 8.

lationem videlicet. Quia enim difficile est paucisque contingit veras virtutes assequi, quibus solis donar debetur et gloria, multi gloriam cupientes virtutum simulatores fiunt; propter quod, sicut Salustius dicit, »ambitio multos mortales falsos fieri coegit: aliud clausum in pectore, aliud promptum habere in lingua, magisque vultum quam ingenium bonum habere«. Sed et Salvator noster eos qui bona opera faciunt ut ab hominibus videantur, ypocritas, id est simulatores, vocat. Sicut igitur periculosum est multitudini si princeps voluptates et divitias querat pro premio, ne raptor contumeliosus fiat, ita periculosum est si ei determinetur glorie premium, ne presumptuosus et simulator existat.

Sed quantum ex dictorum sapientum intentione apparet, non ea ratione honorem et gloriam pro premio principi decreverunt tamquam ad hoc principaliter ferri debeat boni regis intentio, sed quia tolerabilius est si gloriam querat quam si pecuniam cupiat aut voluptatem sectetur. Hoc enim vitium virtuti propinquius est cum gloria quam homines cupiunt nichil aliud sit, ut Augustinus diffinit, quam iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Cupido igitur glorie aliquid habet virtutis vestigium, dum saltem bonorum approbationem querit et eis displicere recusat. Paucis igitur ad veram virtutem pervenientibus, tolerabilius videtur si preferatur ad regimen qui,

vu u ratnim pothvatima upropastili i sebe i svoju vojsku, dok su slobodu domovine stavili pod jaram neprijateljskog ropstva. Stoga je rimski vladar Torkvat, htijući dati primjer kako treba izbjegavati takvu opasnost, dao ubiti svoga sina, usprkos izvojevane pobjede, zato što se protiv njegove naredbe mladenačkim žarom borio protiv neprijatelja koji ga je izazvao, kako ne bi više zla bilo u primjeru preuzetnosti, nego što je koristi u slavi zbog ubijenog neprijatelja.<sup>57</sup> Žudnja za slavom srodna je s još jednim porokom, to jest s pretvaranjem. Budući da je teško steći prave kreposti, koje doista zaslužuju čast i slavu, i malo je onih koji ih postižu, mnogi ljudi žudeći za slavom pretvaraju se da su kreposni. Stoga, kao što kaže Salustije:<sup>58</sup> »Častohleplje je mnoge smrtnike prisililo da budu dvolični: jedno im je stvarnost u srcu, drugo je rječitost na jeziku, više se odlikuju izgledom nego dobrom naravi.« Ali naš Spasitelj također naziva licemjerima,<sup>59</sup> to jest dvoličnjacima, one koji čine dobra djela da bi ih ljudi vidjeli. Stoga, kao što je opasno za narod da vladar traži kao nagradu naslade i bogatstvo te postane sramotan otimač, tako je opasno ako mu se kao nagrada dodijeli slava te postane umišljen i dvoličan.

Ali, kao što se vidi iz nakane spomenutih mudraca, oni nisu

<sup>57</sup> Usp. Augustin, *De civitate Dei*, c. 18, u PL 41, 162.

<sup>58</sup> *Bellum Catilinae*, c. 10, 5.

<sup>59</sup> Usp. Mt 6, 5.

vel iudicium hominum metuens, saltem a malis manifestis retrahitur. Qui enim gloriam cupit, aut vera via, id est per virtutis opera, nititur ut ab hominibus approbetur, vel saltem dolis ad hoc contendit atque fallaciis. Qui vero dominari desiderat, si cupiditate glorie carens non timeat bene iudicantibus displicere, »etiam per apertissima scelera querit plerumque obtinere quod diligit«; unde bestias superat sive crudelitatis sive luxurie vitiis, sicut in Nerone Cesare patet, cuius, ut Augustinus dicit, »fuit tanta luxuria ut nichil putaretur ab eo virile metuendum, tanta crudelitas ut nichil molle habere putaretur«. Hoc autem satis exprimitur per id quod Aristoteles de magnanimo in Ethicis dicit, quod non querit honorem et gloriam quasi aliquid magnum quod sit virtutis sufficiens premium, sed nichil ultra hoc ab hominibus exigit. Hoc enim inter omnia terrena videtur esse precipuum, ut homini ab hominibus testimonium de virtute reddatur.

čast i slavu zato odredili za nagradu vladaru, kao da bi dobar kralj za njima prvenstveno morao težiti, nego zato što je podnošljivije da teži za slavom, nego da žudi za novcem i ide za nasladama. Taj je, naime, porok u blizini kreposti, jer slava za kojom ljudi žude nije ništa drugo, kako kaže Augustin,<sup>60</sup> nego »sud ljudi što dobro misle o drugima«. Žudnja za slavom ima, dakle, neki trag kreposti, utoliko što bar teži za priznanjem dobrih ljudi i ne želi da im se zamjeri. Prema tome, budući da malo ljudi postiže pravu krepost, čini se da je podnošljivije ako se za upravo izabere čovjek koji se zbog straha od ljudskog mišljenja bar suzdržava od očiglednih zala. Tko, naime, žudi za slavom, taj nastoji da bude priznat od ljudi ili pravim putem, to jest kreposnim djelima, ili se trudi da to postigne bar lukavstvom i prijevarama. Ako pak netko želi vladati, a ne žudi za slavom, pa se ne boji izazvati negodovanje dobrih ljudi, »taj i najočitijim zločinima traži, a najčešće i postizava ono što voli«. Stoga dotični nadmašuje životinje opačinama bilo okrutnosti, bilo raskalašenosti, kao što se vidi kod cara Nerona, čija je »raskalašenost«, kako kaže Augustin, »bila tolika da se smatralo kako se od njega ne treba plašiti ničega muževnoga, i toliko okrutan da se smatralo kako u njega nema ničega mekanoga«. <sup>61</sup> To Aristotel do-

<sup>60</sup> *De civitate Dei* V, c. 12, u PL 41, 156.

<sup>61</sup> *Isto*, c. 19, u PL 41, 165–166.



sta dobro objašnjava u *Etici*<sup>62</sup> o čovjeku velike duše kad kaže da on ne traži čast i slavu kao nešto veliko što bi bilo odgovarajuća nagrada za krepost, nego da od ljudi ne traži više od toga. Čini se, naime, da je među zemaljskim dobrima najglavnije to da ljudi oda-ju priznanje kreposti čovjeka.

### Capitulum octavum

*Quod sufficiens premium regis  
est a Deo expectandum*

Quoniam ergo mundanus honor et hominum gloria regie sollicitudinis non est sufficiens premium, inquirendum restat quale sit eius sufficiens premium.

Est autem conveniens ut rex premium expectet a Deo. Minister enim pro suo ministerio premium expectat a domino; rex autem populum gubernando minister Dei est, dicente Apostolo quod omnis potestas a Domino Deo est, et quod est »Dei minister vindex in iram ei qui male agit«; et in libro Sapientie reges regni Dei esse ministri describuntur. Debent igitur reges pro suo regimine premium expectare a Deo.

Remunerat autem Deus reges pro suo ministerio interdum temporalibus bonis, sed talia premia sunt bonis malisque communia; unde Dominus ad Ezechielem dicit »Nabugodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum, et merces non est reddita ei neque

### Poglavlje osmo

*Kralj od Boga treba očekivati  
dovoljnu nagradu*

Budući, dakle, da svjetska čast i ljudska slava nisu dovoljna nagrada za kraljevske brige potrebno je istražiti kakva je nagrada dovoljna za njih.

Dolično je da kralj očekuje nagradu od Boga. Jer sluga od gospodara očekuje nagradu za svoju službu. A kralj je božji sluga po upravljanju narodom, jer Apostol kaže da je svaka vlast od Gospodina Boga i da je »Božji poslužitelj koji gnjev iskaljuje na onome koji čini zlo.«<sup>63</sup> I u knjizi *Mudrosti*<sup>64</sup> kraljevi kraljevstva opisuju se kao božji poslužitelji. Stoga kraljevi od Boga trebaju očekivati nagradu za svoje vladanje.

Ponekad Bog nagrađuje kraljeve za njihovu službu vremenitim dobrima, ali takve su nagrade zajedničke i dobrima i zlima. Zato Gospodin kaže Ezekijelu:<sup>65</sup> »Kralj

<sup>62</sup> *Nikomahova Etika* IV, 9, 1124 a 16.

<sup>63</sup> Usp. Rim 13, 4.

<sup>64</sup> Mudr 6, 5.

<sup>65</sup> Ez 29, 18.

exercitui eius de Tyro pro servitute qua servivit michi adversus eam«, ea scilicet servitute qua potestas, secundum Apostolum, »Dei minister est, vindex in iram ei qui male agit«. Et postea de premio subdidit »Propterea hec dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabugodonosor regem Babylonis in terra Egypti, et diripiet spolia eius et erit merces exercitui eius«. Si ergo reges iniquos contra Dei hostes pugnantes, licet non intentione serviendi Deo sed sua odia et cupiditates exequendi, tanta mercede Dominus remunerat ut eis de hostibus victoriam tribuat, regna subiciat et spolia diripienda proponat, quid faciet bonis regibus qui pia intentione populum Dei regunt et hostes impugnant? Non quidem terrenam sed eternam eis mercedem promittit, nec in alio quam in se ipso, dicente Petro pastoribus populi Dei »Pascite qui in vobis est gregem Domini, ut cum venerit Princeps pastorum«, id est rex regum Christus, »percipiatis immarcessibilem glorie coronam«; de qua dicit Ysaias »Erit Dominus sertum exultationis et dyadema glorie populo suo«.

Hoc autem ratione manifestatur. Est enim mentibus omnium ratione utentium inditum virtutis premium beatitudinem esse; virtus enim uniuscuiusque rei esse describitur »que bonum facit habentem et opus eius bonum reddit«. Ad hoc autem quisque bene operando nititur pervenire quod est maxime desiderio indi-

babilonski Nabukodonosor zadao je vojsci svojoj tešku službu protiv Tira (...), ali plaće nije bilo ni njemu ni vojsci njegovoj od Tira za službu što mi je učinio protiv njega«, to jest za službu kojom je vlast, prema Apostolu »Božji poslužitelj koji iskaljuje gnjev na onome koji čini zlo«. A poslije toga o nagradi je dodao:<sup>66</sup> »Stoga ovako govori Gospodin Bog: Gle, predat ću Nabukodonosoru, kralju babilonskom zemlju egipatsku. Odnijet će joj blago (...) i to će biti plaća vojsci njegovoj.« Ako, dakle, Gospodin tolikom plaćom nagrađuje nepravedne kraljeve koji se bore protiv božjih neprijatelja, premda nemaju namjeru da služe Bogu, nego da utáže svoju mržnju i pohlepu, da im omogućuje pobjedu nad neprijateljima, da im podlaže kraljevstva i predlaže da uzmu plijen, što li će tek učiniti dobrim kraljevima koji pobožno vladaju božjim narodom i bore se protiv neprijatelja? Ne obećaje im, dakako, zemaljsku plaću, nego nebesku koja nije ni u čemu drugom, nego u njemu samome, kako kaže Petar pastirima Božjeg naroda:<sup>67</sup> »Pasite stado Božje koje je među vama(...) I kad se pojavi vrhovni pastir«, to jest kralj kraljeva Krist, »primit ćete neuveli vijenac slave« o kojem Izaija kaže:<sup>68</sup> »Gospodin će biti kićena kruna i sjajan vijenac svom narodu.«

Ovo se može i razumski ob-

<sup>66</sup> Ez 29, 19.

<sup>67</sup> 1 Pt 5, 2 i 4.

<sup>68</sup> Iz 28, 5.

tum; hoc autem est esse felicem, quod nullus potest non velle: hoc igitur premium virtutis convenienter expectatur quod hominem facit beatum. Si autem bene operari virtutis est opus, regis autem opus est bene regere subditos, hoc etiam erit premium regis quod eum faciet beatum. Quid autem hoc sit, hinc considerandum est.

Beatitudinem quidem enim dicimus ultimum desideriorum finem; neque enim desiderii motus in infinitum procedit, esset enim inane naturale desiderium, cum infinita pertransiri non possint. Cum autem desiderium intellectualis nature sit universalis boni, hoc solum bonum vere beatum facere poterit, quo adepti nullum bonum restat quod amplius desiderari possit; unde et beatitudo dicitur bonum perfectum, quasi omnia desiderabilia in se comprehendens. Tale autem non est aliquod bonum terrenum; nam qui divitias habent amplius habere desiderant, qui voluptatibus perfruntur amplius perfrui desiderant, et simile patet in ceteris. Et si ampliora non querant, desiderant tamen ut ea permaneant, vel alia in locum eorum succedant; nihil enim permanens invenitur in rebus terrenis; nihil igitur terrenum est quod quietare desiderium possit. Neque igitur terrenum aliquod beatum facere potest, ut possit esse regis conveniens premium.

Adhuc, cuiuslibet rei finalis perfectio et bonum completum ab aliquo superiori dependet, quia et

jasniti. U sva je, naime, duhovna bića koja se služe razumom usađeno da je nagrada za krepost blaženstvo. A krepost svake stvari opisuje se kao »ono što je čini dobrom i omogućuje joj da dobro djeluje«. <sup>69</sup> A svatko svojim dobrim djelima teži za tim da postigne ono što je najdublje usađeno u želju: to jest, biti sretan, što nitko ne može ne htjeti. Prema tome, dolikuje da čovjek kao nagradu za krepost očekuje ono što ga čini sretnim. No ako je djelo kreposti u dobrom djelovanju, onda je djelo kralja u tome da dobro vlada podanicima, a upravo to će biti nagrada koja će ga učiniti sretnim. Pogledajmo sada u čemu se to sastoji.

Sreću nazivamo posljednjim ciljem naših želja. Ali kretanje naše želje ne ide u beskraj, jer inače bi naravna želja bila uzaludna, budući da je nemoguće proći kroz beskrajni broj stvari. Budući da želja umnog bića teži za općim dobrom, samo ono dobro može čovjeka uistinu učiniti sretnim poslije čijeg postizanja ne preostaje više nikakvo drugo dobro koje bi se moglo poželjeti. Stoga se sreća zove savršenim dobrom koje na neki način u sebi obuhvaća sva poželjna dobra. A to nije neko zemaljsko dobro, jer oni koji imaju bogatstvo žele imati još nešto drugo; oni koji uživaju u nasladama, žele još neke druge užitke, a slično se očituje i na drugim

<sup>69</sup> Usp. Aristotel, *Nikomahova Etika II*, 6, 1106 a 15.

ipsa corporalia meliora redduntur ex adiunctione meliorum, peiora vero si deterioribus misceantur; sicut argento si misceatur aurum, argentum fit melius, quod ex plumbi ammixtione impurum efficitur. Constat autem terrena omnia esse infra mentem humanam; beatitudo autem est hominis finalis perfectio et bonum completum ad quod omnes pervenire desiderant: nichil igitur terrenum est quod hominem possit beatum facere, neque igitur terrenum aliquod est premium regis sufficiens. »Non enim, ut Augustinus dicit, christianos principes felices dicimus quia diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reipublice diminuerunt, vel cives adversus se insurgentes et cavere et opprimere potuerunt; sed felices eos dicimus si iuste imperant, si malunt cupiditatibus potius quam gentibus quibuslibet imperare, si omnia faciunt non propter ardorem inanis glorie, sed propter caritatem felicitatis eterne. Tales imperatores christianos dicimus esse felices, interim spe, postea re ipsa futuros cum id quod expectamus adveniret«. Sed nec aliud aliquod creatum est quod hominem beatum faciat et possit regi discerni pro premio. Tendit enim uniuscuiusque rei desiderium in suum principium a quo suum esse causatur; causa vero mentis humane non est aliud quam Deus qui eam ad suam ymaginem facit: solus igitur Deus est qui hominis desiderium quietare potest et facere

područjima. Pa sve ako i ne traže druga dobra, žele da sačuvaju ona koja imaju, ili da ih nadomjeste nekim drugima dobrima. A nema ničega trajnog u zemaljskim stvarima. Stoga ništa zemaljsko ne može smiriti želju. Dosljedno tome, ništa zemaljsko ne može učiniti nekoga sretnim da bi to mogla biti dolična nagrada za kralja.

Još nešto, konačno savršenstvo i potpuno dobro bilo koje stvari zavisi od nekog višeg bića, jer tjelesne stvari postaju bolje ako se povežu s boljima, a gore ako se pomiješaju s gorima. Naprimjer, ako se srebro pomiješa sa zlatom, srebro se oplemenjuje, dok se primjesom olova onečišćuje. Očito je, međutim, da su sva zemaljska dobra niža od ljudskog uma. A sreća je konačno savršenstvo i potpuno dobro koje svi ljudi žele postići. Dakle, ništa zemaljsko ne može čovjeka učiniti sretnim, i ništa zemaljsko ne može biti dovoljna nagrada kralju. »Ne kažemo, naime,« veli Augustin, <sup>70</sup> »kako su kršćanski vladari sretni jer su dugo vladali, ili što su nakon spokojne smrti ostavili sinove na vlasti, ili što su ukrotili neprijatelje države, ili što su uzmagli spriječiti ili ugušiti pobune neprijateljskih građana protiv sebe. (...) Nego sretnima nazivamo one koji pravedno vladaju (...), ako više vole zagospodariti opakim požudama negoli bilo kojim narodima, i ako sve to čine ne u žudnji prema ispraznoj slavi nego iz lju-

<sup>70</sup> *De civitate Dei V*, c. 24, u PL 41, 170.

hominem beatum et esse regi conveniens premium.

Amplius, mens humana universalis boni cognoscitiva est per intellectum et desiderativa per voluntatem; bonum autem universale non invenitur nisi in Deo, nichil igitur est quod possit hominem beatum facere eius implendo desiderium nisi Deus, de quo dicitur in Psalmo »Qui replet in bonis desiderium tuum«; in hoc ergo rex suum premium statuere debet. Hoc igitur considerans David rex dicebat »Quid michi est in celo et a te quid volui super terram?«; cui questioni postea respondens subdit »Michi adherere Deo bonum est et ponere in Deo spem meam«. Ipse enim est qui dat salutem regibus, non solum temporalem qua communiter salvat homines et iumenta, sed eam de qua per Ysaiam dicit »Salus autem mea in sempiternum erit«, qua homines salvat eos ad equalitatem angelorum perducens.

Sic igitur verificari potest quod regis premium sit honor et gloria. Quis enim mundanus et caducus honor huic honori similis esse potest, ut homo sit civis sanctorum et domesticus Dei, et inter Dei filios computatus hereditatem regni celestis assequatur cum Christo? Hic est honor quem concupiscens et ammirans rex David dicebat »Nimis honorati sunt amici tui, Deus«. Que insuper humane laudis gloria huic glorie comparari potest, quam non fallax blandientium lingua, non decepta hominum opinio profert,

bavi prema vječnoj sreći. Takve kršćanske vladare nazivamo sretnima, za sad u nadi, dok će poslije biti sretni u zbilji, kad se dogodi ono što očekujemo«. No čovjeka ne može učiniti sretnim niti neka druga stvorena stvar, niti se ona može dodijeliti kralju kao nagrada. Želja, naime, svakoga bića teži za svojim počelom koje je uzrok njegova bivstvovanja. A uzrok ljudskog duha nije ništa drugo nego Bog koji ga je stvorio na svoju sliku. Samo dakle Bog može smiriti želju čovjeka, učiniti ga sretnim i biti dolična nagrada kralju.

Osim toga, ljudski duh spoznaje opće dobro svojim umom i želi ga svojom voljom. A opće dobro nalazi se samo u Bogu. Stoga ništa ne može ispuniti želju čovjeka i učiniti ga sretnim osim Boga o kojem se kaže u Psalmu<sup>71</sup> »Život ti ispunja dobrima«. Dakle, u to treba kralj staviti svoju nagradu. Imajući to na umu, kralj David reče:<sup>72</sup> »Koga ja imam u nebu osim tebe, kad sam s tobom ne veselim se zemlji,« te odgovarajući dodaje:<sup>73</sup> »A meni je milina biti u božjoj blizini i staviti svoju nadu u Boga.« On je onaj koji daje spasenje kraljevima, ne samo vremenito kojim općenito spašava ljude i stoku, nego ono spasenje o kojemu reče po Izaiji:<sup>74</sup> »Ali spasenje će moje trajati do vijeka«, to jest ono kojim spašava ljude izjednačujući ih s anđelima.

<sup>71</sup> Ps 102, 5.

<sup>72</sup> Ps 72, 25.

<sup>73</sup> Ps 72, 28.

<sup>74</sup> Iz 51, 6.

sed ex interioris conscientie testimonio prodit et Dei testimonio confirmatur qui suis confessoribus repromittit quod confiteatur eos in gloria Patris coram angelis Dei? Qui autem hanc gloriam querunt eam inveniunt, et quam non querunt gloriam hominum consequuntur, exemplo Salomonis qui non solum sapientiam quam quesivit accepit a Domino, sed factus est supra reges alios gloriosus.

### Capitulum nonum

*Quem gradum in beatitudine optinebunt reges beati*

Considerandum autem restat ulterius, quod sublimes et eminentem obtinebunt celestis beatitudinis gradum qui officium regum digne et laudabiliter exequentur. Si enim beatitudo virtutis est premium, consequens est ut mai-

Na ovaj način može se provjeriti, dakle, kakva je nagrada za kralja čast i slava. Koja je ta svjetska i krhka čast koja se može usporediti s tom čašću da čovjek bude sugrađanin svetaca i domaćin Boga i da pribrojan božjim sinovima zadobije baštinu kraljevstva nebeskog zajedno s Kristom?<sup>75</sup> To je ona čast za kojom je žudio i kojoj se divio David govoreći:<sup>76</sup> »Tvoji su prijatelji, Bože, odviše počašćeni«. Koja se slava ljudske hvale može usporediti s onom slavom koju ne izgovara lažni jezik laskavaca ni varljivo mišljenje ljudi, nego proizlazi iz svjedočanstva nutarnje savjesti i potvrđuje se svjedočanstvom Boga koji obećaje svojim priznavaocima da će ih priznati u slavi Očevoj pred božjim anđelima?<sup>77</sup> Oni koji traže ovu slavu nalaze je, a postižu i slavu ljudi koju ne traže, slično kao Salomon koji je primio od Gospodina ne samo onu mudrost koju je tražio nego je postao slavan iznad svih kraljeva.<sup>78</sup>

### Poglavlje deveto

*Koji će stupanj blaženstva postići blaženi kraljevi*

Preostaje nam da razmotrimo koji će uzvišen i veličanstven stupanj nebeskog blaženstva primiti

<sup>75</sup> Usp. Ef 2, 19.

<sup>76</sup> Ps 138, 17.

<sup>77</sup> Usp. Mt 10, 32.

<sup>78</sup> Usp. 1 Kr 10, 23.

ori virtuti maior gradus beatitudinis debeat. Est autem virtus precipua qua homo aliquis non solum se ipsum, sed etiam alios dirigere potest, et tanto magis quanto plurimum est regitiva, quia et secundum virtutem corporalem tanto aliquis virtuosior reputatur, quanto plures vincere potest aut pondera plura levare. Sic igitur maior virtus requiritur ad regendam domesticam familiam quam ad regendum se ipsum, multoque maior ad regimen civitatis et regni. Est igitur excellentis virtutis bene regium officium exercere: debetur igitur ei excellens in beatitudine premium.

Adhuc, in omnibus artibus et potentiis laudabiliores sunt qui alios bene dirigunt, quam qui secundum aliorum directionem bene se habent. In speculativis enim maius est veritatem docendo aliis tradere, quam ab alio traditam capere posse; in artificijs etiam maior estimatur maiorique conducitur premio architector qui edificium disponit, quam artifex qui secundum eius dispositionem manualiter operatur; et in rebus bellicis maiorem gloriam de victoria consequitur prudentia ducis quam militis fortitudo. Sic autem se habet rector multitudinis in hiis que sunt a singulis secundum virtutem agenda, sicut doctor in disciplinis et architector in edificijs et dux in bellis. Est igitur rex maiori premio dignus si bene subiectos gubernaverit, quam aliquis subditorum si sub rege bene se habuerit.

kraljevi koji kraljevsku službu obavljaju dostojno i pohvalno. Ako je, naime, blaženstvo nagrada za krepost, onda slijedi da veća krepost mora dobiti veći stupanj blaženstva. A velika krepost nije samo ona kojom netko upravlja samim sobom, nego ona kojom može i drugima upravljati i koja je to veća što većim brojem ljudi vlada. Jer i u pogledu tjelesne snage netko se smatra to jačim što više ljudi može pobijediti ili što više tereta može podignuti. Dosljedno tome, veća je krepost potrebna za vladanje domaćinstvom, nego za vladanje samim sobom, a mnogo veća za vladanje državom i kraljevstvom. Prema tome, vršenje kraljevske službe je stvar najveće kreposti, pa stoga zaslužuje najveću nagradu u blaženstvu.

Nadalje, u svim umijećima i sposobnostima veću pohvalu zaslužuju oni koji dobro upravljaju drugima, nego oni koji se dobro ponašaju pod tuđom upravom. Naime, u spekulativnim znanostima veća je stvar priopćavati drugima istinu poučavanjem, negoli biti sposoban shvatiti misao koju nam drugi priopćuje. Isto tako, u umjetnim tvorbama većim se smatra i većom je plaćom nagrađen arhitekt koji pravi nacrt zgrade, nego obrtnik koji po njegovu nacrtu rukama gradi kuću. Također u ratnoj vještini veću slavu zaslužuje razboritost vođe, nego snaga vojnika. Prema tome, odnos upravitelja mnoštva prema kreposnim djelima svakog poje-

Amplius, si virtutis est ut per eam opus hominis bonum reddatur, maioris virtutis esse videtur quod maius bonum aliquis operetur. Maius autem et divinius est bonum multitudinis quam unius; unde et interdum malum unius sustinetur si in bonum multitudinis cedat, sicut occiditur latro ut pax multitudini detur. Et ipse Deus mala esse in mundo non sinit, nisi ex eis bona eliceret ad utilitatem et pulcritudinem universi. Pertinet autem ad regis officium ut bonum multitudinis studiose procuret; maius igitur premium debetur regi pro bono regimine, quam subdito pro recta actione.

Hoc autem manifestius fiet si quis magis in speciali consideret. Laudatur enim ab hominibus quevis privata persona et ei a Deo computatur in premium, si egenti subveniat, si discordantes pacifcet, si oppressum a potentiore eripiat, denique si alicui qualitercumque opem et consilium conferat ad salutem. Quanto igitur magis laudandus est ab hominibus et premiandus a Deo, qui totam provinciam facit pace gaudere, violentias cohibet, iustitiam servat, et disponit quid sit agendum hominibus suis legibus et preceptis.

Hinc etiam magnitudo regie virtutis apparet quod precipue Dei similitudinem gerit, dum hoc agit in regno quod Deus in mundo: unde et in Exodo iudices multitudinis dii vocantur; imperatores etiam apud Romanos divi vo-

dinca sličan je odnosu naučitelja u znanostima, arhitekta u građevinarstvu i vođe u ratu. Stoga kralj zaslužuje veću nagradu ako dobro upravlja podanicima nego neki podanik koji se dobro ponaša pod kraljevom upravom.

Osim toga, ako je svojstvo kreposti da djelo čovjeka čini dobrim, onda, čini se, da veću krepost ima onaj tko čini veće dobro. A veće je i božanstvenije dobro zajednice nego pojedinca; stoga se ponekad podnosi zlo pojedinca ako to pridonosi dobru zajednice, naprimjer ubija se razbojnik da se uspostavi mir u zajednici. Pa i sam Bog ne bi dopustio zla u svijetu, kad iz njih ne bi izvukao neka dobra koja su za korist i ljepotu svemira. A služba je kralja da se pomnjivo brine za dobro zajednice. Stoga većom nagradom treba nagraditi kralja za dobro vladanje nego podanika za dobro ponašanje.

Ova će istina još jasnije izići na vidjelo ako je netko poblize promotri. Ljudi hvale svaku osobu i Bog joj to računa u nagradu ako pomaže potrebnome, pomiruje zavađene, oslobađa potlačenog od silnika i napokon ako nekome na bilo koji način daje spasonosnu pomoć i savjet. Koliko li dakle više zaslužuje pohvalu od ljudi i nagradu od Boga onaj tko omogućuje da cijela pokrajina uživa mir, tko suzbija nasilje, promiče pravednost i pokazuje svojim zakonima i zapovijedima što ljudi trebaju činiti.

Veličina kraljeve kreposti ta-

cabantur. Tanto autem est aliquid magis ad eius imitationem accedit; unde et Apostolus monet »Estote imitatores Dei sicut filii karissimi«. Sed si secundum Sapientis sententiam, »omne animal diligit simile sibi«, secundum quod cause similitudinem aliquantulum habent causata, consequens igitur est bonos reges Deo esse acceptissimos et ab eo maxime premiandos.

Simul etiam, ut Gregorii verbis utar, quid est (potestas culminis) nisi tempestas mentis? Quieto autem mari recte navem et imperitus dirigit, turbato autem tempestatis fluctibus etiam peritus se nauta confundit; unde plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur. Valde enim difficile est si, ut Augustinus dicit, »inter linguas sublimiter honorantium et obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt«. Et in Ecclesiastico beatus dicitur »dives qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris; qui potuit impune transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit«: ex quo quasi in virtutis opere probatus, invenitur fidelis. Unde secundum Biantis proverbium »principatus virum ostendit«: multi enim ad principatus culmen pervenientes a virtute deficiunt, qui dum in statu essent infimo virtuosius videbantur. Ipsa igitur difficultas que principibus imminet ad bene agendum, eos facit maiori premio

kođer se očituje u tome što je po njoj ponajviše sličan Bogu, ukoliko u kraljevstvu čini ono što Bog čini u svijetu. Stoga se u knjizi *Izlaska*<sup>79</sup> suci nazivaju bogovima, a kod Rimljana carevi su se također nazivali bogovima. Bogu je pak nešto to ugodnije što ga ono više nasljeduje. Zato i Apostol opominje:<sup>80</sup> »Budite nasljedovatelji Boga kao ljubljena djeca.« Ali, ako prema riječima Mudraca<sup>81</sup> »svako živo biće ljubi sebi slično«, ukoliko učinci imaju neku sličnost s uzrokom, slijedi da su dobri kraljevi Bogu najdraži i da će biti najviše nagrađeni.

Jednako tako, da se poslužim riječima Grgura:<sup>82</sup> što je oluja na moru nego oluja u duši? Kad je more mirno, brodom dobro upravlja i neiskusni čovjek, ali kad se more uzburka olujnim valovima, čak i vješt mornar pada u nepriliku. Stoga se često događa da se u teškoćama vladanja izgubi vještina dobrog djelovanja koja je u mirno doba bila sačuvana. Veoma je teško, naime, kao što kaže Augustin,<sup>83</sup> da se kraljevi »među jezicima što ih do nebesa časte s pretjerane poniznosti onih što ih pozdravljaju ne uznose nego se sjećaju da su ljudi«. I u knjizi *Siraha*<sup>84</sup> blaženim se naziva »bogataš koji nije trčao za zlatom, niti se pouzdavao u novac i blago.

<sup>79</sup> Izl 22, 9.

<sup>80</sup> Ef 5, 1.

<sup>81</sup> Sir 13, 19.

<sup>82</sup> Usp. *Regula Pastoralis* I, c. 9, u PL 77, 22 B.

<sup>83</sup> *De civitate Dei* V, c. 24, u PL 41, 170.

<sup>84</sup> Sir 31, 8 i 10.

dignos; et si aliquando per infirmitatem peccaverint, apud homines excusabiliores redduntur et facilius a Deo veniam promerentur, si tamen, ut Augustinus dicit, »pro suis peccatis humilitatis et miserationis et orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt«. In cuius rei exemplum de Achab rege Israel, qui multum peccaverat, Dominus ad Helyam dixit »Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius«.

Non solum autem ratione ostenditur quod regibus excellens premium debeatur, sed etiam auctoritate divina firmatur. Dicitur enim in Zacharia quod in illa beatitudinis die qua erit Dominus protector habitantium in Ierusalem, id est in visione pacis eterne, aliorum domus erunt sicut domus David, quia scilicet omnes reges erunt et regnabunt cum Christo sicut membra cum capite; sed domus David erit sicut domus Dei, quia sicut regendo fideliter Dei officium gessit in populo, ita in premio Dei propinquius inherebit. Hoc etiam fuit apud Gentiles aliquantulum sompnium, dum civitatum rectores atque servatores in deos transformari putabant.

Tko je mogao zgriješiti a nije zgriješio, i zlo činiti, a nije učinio«: zato se vjernim smatra onaj tko je prokušan u dobrom djelu. Prema izreci Bijanta<sup>85</sup> »Moć otkriva čovjeka«, jer mnogi koji se popnu na vrhunac moći gube krepost koju su, čini se, pokazivali dok su bili na nižem stupnju. Stoga sama teškoća koja prijete vladarima da čine dobro, čini ih dostojnijima veće nagrade. Pa ako ponekad iz slabosti griješe, ljudi im lakše prastaju i od Boga oprostjenje zadobivaju samo ako, kao što kaže Augustin,<sup>86</sup> »ne zanemare da prinese pravome Bogu žrtve poniznosti, milosrđa i molitve za svoje grijehe«. Za to imamo primjer u Ahabu,<sup>87</sup> izraelskom kralju, koji je mnogo griješio, a Gospodin reče Iliji: »Budući da se tako ponizio preda mnom, neću zla pustiti za njegova života.«

Ali ne svjedoči samo razum da kraljevi zaslužuju najveću nagradu, nego to potvrđuje i božji autoritet. U Zaharije<sup>88</sup> se, naime, kaže da će onoga dana kad Gospodin postane zaštitnik stanovnika u Jeruzalemu, to jest u gledanju vječnog mira, domovi nekih biti kao dom Davidov, jer će svi biti kraljevi i vladati će s Kristom kao udovi ujedinjeni s glavom. A dom Davidov će biti kao Božji dom, jer kao što je vjerno izvršavao kraljevsku službu u narodu, tako će i u nagra-

<sup>85</sup> Usp. Aristotel, *Nikomahova Etika* V, 2, 1130 a 1. – Bijant je jedan od sedmorice grčkih mudraca.

<sup>86</sup> *De civitate Dei* V, c. 24, u PL 41, 171.

<sup>87</sup> Usp. 1 Kr 21, 29.

<sup>88</sup> Zah 12, 8.

di biti bliži Bogu. To su, naime, i pogani na neki način naslućivali, ukoliko su smatrali da su se vladari i službenici države preobrazili u bogove.

### Capitulum decimum

*Que bona perdant tyranni que regibus exhibentur*

Cum igitur regibus tam grande in celesti beatitudine premium proponatur si bene se in regendo habuerint, diligenti cura se ipsos observare debent ne in tyrannidem convertantur. Nichil enim eis acceptabilius esse potest quam quod, ex honore regio quo sublimantur in terris, in celestis regni gloriam transferantur. E contra vero tyranni, quia propter que dam terrena commoda iustitiam deserunt, tanto privantur premio quod adipisci poterant iuste regendo. Quam autem stultum sit pro huiusmodi parvis et temporalibus bonis maxima et sempiterna perdere bona, nullus nisi stultus aut infidelis ignorat.

Addendum est autem quod etiam hec temporalia commoda, propter que tyranni iustitiam deserunt, magis ad lucrum proveniunt regibus dum iustitiam servant. Primo namque inter mundana omnia nichil est quod amicitie digne preferendum videatur. Ipsa enim est que virtuosos in unum conciliat, virtutem conservat atque promovet. Ipsa est qua omnes indigent in quibuscumque negoti-

### Poglavlje deseto

*Koja dobra tirani gube, a koja kraljevi dobivaju*

Budući da se kraljevima obećaje tako velika nagrada u nebeskom blaženstvu, ako se dobro ponašaju dok vladaju, oni moraju brižljivo promatrati sami sebe da se ne bi obratili u tirane. Ništa im, naime, ne može biti draže nego da od kraljevske časti kojom se uzvišu na zemlji prijeđu u slavu nebeskoga kraljevstva. Nasuprot njima, tirani koji zanemaruju pravednost zbog nekih zemaljskih probitaka, lišavaju se tako velike nagrade koju su mogli zaslužiti pravednim vladanjem. Samo budala ili nevjernik ne uviđa kako je glupo izgubiti najveća i vječna dobra za ova beznačajna i vremenita.

Napomenimo također da kraljevi koji pravedno vladaju lakše postižu čak i vremenite probitke zbog kojih tirani zanemaruju pravednost. Prije svega, među svjetovnim dobrima nema ničega što bi se moglo dostojno pretpostaviti prijateljstvu. Ono naime ujedinjuje kreposne ljude, čuva i promiče krepost. Ona je potrebna svima u vršenju kojeg mu dragog posla i ne stvara nepravilike sretnicima,

is exequendis, que nec prosperis importune se ingerit, nec deserit in adversis. Ipsa est que maximas delectationes affert, in tantum ut quecumque delectabilia in tedium sine amicis vertatur; quelibet autem aspera, facilia et prope nulla facit amor. Nec est alicuius tyranni tanta crudelitas ut amicitia non delectetur. Dyonisius enim quondam Syracusanorum tyrannus cum duorum amicorum, qui Damon et Pythias dicebantur, alterum occidere vellet, is qui occidendus erat inducias impetravit ut domum profectus res suas ordinaret; alter vero amicorum obsidem se tyranno pro eius reditu dedit. Appropinquante autem prefixo die nec illo redeunte, unusquisque fideiussorem stultitie arguebat; at ille nichil se de amici constantia metuere predicabat. Eadem autem hora que fuerat prefixa, occidendus rediit. Ammirans autem amborum animum, tyrannus supplicium propter fidem amicitie remisit, insuper rogans ut eum tertium reciperent in amicitie gradu.

Hoc tamen amicitie bonum quamvis desiderent tyranni, consequi non possunt. Dum enim commune bonum non querunt sed proprium, fit parva vel nulla communio eorum ad subditos; omnis autem amicitia super aliqua communionem firmatur: eos enim qui conveniunt vel per nature originem vel per morum similitudinem vel per cuiuscumque societatis communionem, videmus amicitia coniungi; parva igitur vel potius nulla est amicitia tyranni et

niti ostavlja na cjedilu one koji su u nepravilicama. Ona donosi najveće užitke, i to u tolikoj mjeri da bez prijatelja, koji mu god dragi, užici postaju dosadni. Ljubav olakšava sve teškoće i gotovo ih ukida. Nema tako okrutnog tiranina koji ne bi uživao u prijateljstvu. Kad je, naime, Dionizije, nekoć tiranin Sirakuze, htio ubiti jednoga od dva prijatelja, koji su se zvali Damon i Pitija, onaj koji je trebao biti ubijen dobije dozvolu da pođe kući i sredi svoje poslove. Drugi je pak bio uzet kao talac kod tiranina dok mu se prijatelj ne vrati. Međutim, kako se približavao određeni dan povratka, a on se još nije vratio, svatko je talca proglasio budalom. Ali on je odgovorio da uopće ne sumnja u vjernost prijatelja. I upravo u onaj čas koji je bio određen, osuđenik se vratio. Diveći se srčanosti dvaju prijatelja, tiranin oprosti smrtnu kaznu radi vjernosti u prijateljstvu i povrh toga zamoli ih da ga prime kao trećega člana njihova prijateljstva.<sup>89</sup>

No iako tirani čeznu za ovim dobrom prijateljstva, oni ga ipak ne mogu postići. Budući da ne traže zajedničko dobro, nego svoje vlastito, njihovo je zajedništvo s podanicima neznatno ili nikakvo. Jer svako se prijateljstvo temelji na nekom zajedništvu. Prijateljstvom se ujedinjuju oni koji se slažu, ili po naravnom porijeklu, ili po sličnom ponašanju, ili po

<sup>89</sup> Usp. Valerije Maksim, *Factorum et dict. memor.* VI, c. 7, Ext. 1.

subditi. Simulque dum subditi per tyrannicam iniustitiam opprimuntur et se amari non sentiunt sed contempni, nequaquam amant. Est enim maioris virtutis inimicos diligere et persequentibus benefacere quam quod a multitudine observatur; nec habent unde de subditis conquerantur si ab eis non diligantur, quia nec ipsi se tales eis exhibent ut diligere debeant.

At boni reges dum communi profectui studiose intendunt et eorum studio subditi plurima commoda se consequi sentiunt, diliguntur a plurimis, dum subditos se amare demonstrant; quia et hoc etiam est maioris malitiae quam quod in multitudine cadat, ut odio habeantur amici et benefactoribus rependatur malum pro bono. Ex hoc amore provenit quod bonorum regum regimen sit stabile, dum pro ipsis se subditi quibuscumque periculis exponere non recusant. Cuius exemplum in Iulio Cesare apparet, de quo Suetonius refert quod milites suos usque adeo diligebat ut, audita quorundam cede, capillos et barbam ante non dempserit quam vindicasset; quibus rebus devotissimos sibi et fortissimos milites reddidit, ita quod plerique eorum capti concessam sibi sub ea conditione vitam, si militare adversus Cesarem vellent, recusarent. Octavianus etiam Augustus, qui modestissime imperio usus est, in tantum diligebatur a subditis, ut plerique morientes victimas quas devererant immolari mandarent quia eum superstitem reliquissent.

bilo kojem društvenom zajedništvu. Dakle, prijateljstvo između tiranina i podanika je neznatno ili radije nikakvo. Jednako tako, podanici uopće ne mogu ljubiti tiranina dok ih tlači nepravdom i osjećaju da ih on ne ljubi, nego prezire. Veća je naime krepost ljubiti neprijatelje i činiti dobro progoniteljima, nego postupati kao većina ljudi. Tirani se ne trebaju tužiti što ih podanici ne ljube jer se ni oni sami ne ponašaju tako da zaslužuju ljubav.

Ali kada dobri kraljevi svim silama nastoje oko zajedničkog napretka i kad njihovi podanici vide da im oni pribavljaju mnoge blagodati, većina ih ljubi jer dokažu da vole svoje podanike. Nema, naime, veće zloće od toga da narod mrzi svoje prijatelje i da dobročiniteljima uzvraća zlim za dobro. Iz te ljubavi proizlazi da je vladavina dobrih kraljeva postojana jer podanici ne odbijaju da se izlažu za njih u svakakvim pogibeljima. Primjer za to imamo u Julija Cezara o kojemu Suetonije izvještuje<sup>90</sup> da je toliko ljubio svoje vojnike da doznajući za pogibiju nekolicine nije brijao bradu ni šišao kosu dok ih ne osveti. Na taj način njegovi vojnici su postali toliko odani i hrabri da su mnogi paviši u zarobljeništvo odbili ostate u životu pod uvjetom da se bore protiv Cezara. Podanici su također i Oktavija Augusta,<sup>91</sup> koji je vrlo skromno vladao, toliko volje-

<sup>90</sup> Usp. D. *Julius*, c. 67.

<sup>91</sup> Usp. Suetonije, *Octav. Caesar*, c. 59.

Non est ergo facile ut principis perturbetur dominium quem tanto consensu populus amat; propter quod Salomon dicit »Rex qui iudicat in iustitia pauperes, tronus eius in eternum firmabitur«.

Tyrannorum vero dominium diuturnum esse non potest, cum sit multitudini odiosum; non potest enim diu conservari quod votis multorum repugnat. Vix enim a quoquam presens vita transigitur quin aliquas adversitates patitur; adversitatis autem tempore occasio deesse non potest contra tyrannum insurgendi, et si assit occasio, non deerit ex multis vel unus qui occasione non utatur. Insurgentem autem populus votive prosequitur, nec de facili carebit effectu quod cum favore multitudinis attemptatur. Vix ergo potest contingere quod tyranni dominium protendantur in longum.

Hoc etiam manifeste patet, si quis consideret unde tyranni dominium conservetur. Non enim conservatur amore, cum parva vel nulla sit amicitia subiecte multitudinis ad tyrannum, ut ex prehabitis patet. De subditorum autem fide tyrannis confidendum non est: non enim invenitur tanta virtus in multis, ut fidelitatis virtute comprimantur ne indebite servitutis iugum si possunt excutiant. Fortassis autem nec fidelitati contrarium reputabitur secundum opinionem multorum, si tyrannice nequitie qualitercumque obvietur. Restat ergo ut solo timore tyranni regimen sustentetur, unde et timeri se a subditis tota intentione pro-

li da su mnogi umirući naređivali neka se prinesu zavjetne žrtve jer ih je on nadživio. Nije, dakle, lako uzdrmati vlast kneza kojega narod tako jednodušno voli. Stoga Salomon kaže:<sup>92</sup> »Kralj koji sudi siromasima po istini ima prijesto čvrst dovijeka.«

Dočim vlast tirana ne može biti trajna jer je narodu odvratna. Ne može se dugo održati ono što se protivi željama većine. Nitko naime ne može proći kroz ovaj život a da ne pretrpi neke nevolje, ali u vrijeme nevolje uvijek se nađe prigoda za pobunu protiv tiranina i čim se ta prigoda pruži iz mnoštva će se dići bar jedan koji će se tom prigodom okoristiti. A želje naroda su uz pobunjenika i zacijelo neće lako izostati učinak kad mnoštvo pomaže neki pothvat. Stoga je gotovo nemoguće da vlast tiranina bude dugotrajna.

Ovo također jasno izlazi na vidjelo ako netko razmotri na čemu se temelji vlast tiranina. Ne temelji se naime na ljubavi, jer kao što se vidi iz prethodnog izlaganja, prijateljstvo između mnoštva podanika i tiranina neznatno je ili nikakvo. Tirani se ne mogu pouzdati ni u vjernost svojih podanika. Jer većina naroda nije tako kreposna da, obuzdana krepošću vjernosti, ne bi stresla sa sebe nepravedno ropstvo kad bi mogla. Dapače, možda se prema mišljenju mnogih i ne bi smatralo kršenjem vjernosti kad bi se na bilo koji način stalo na kraj tiran-

<sup>92</sup> Izr 29, 14.

curant. Timor autem est debile firmamentum; nam qui timore subduntur, si occurrat occasio qua possint impunitatem sperare, contra presidentes insurgunt eo ardentius quo magis contra voluntatem ex solo timore cohibebantur, sicut si aqua per violentiam includatur, cum aditum inveniatur impetuosiore fluit. Sed nec ipse timor caret periculo, cum ex nimio timore plerique in desperationem inciderunt; salutis autem desperatio audacter ad quolibet attemptanda precipitat. Non potest igitur tyranni dominium esse diuturnum.

Hoc etiam non minus exemplis quam rationibus apparet. Si quis enim antiquorum gesta et modernorum eventus consideret, vix inveniet tyranni alicuius dominium diuturnum fuisse; unde Aristoteles in sua Politica multis tyrannis enumeratis, omnium monstrat dominium brevi tempore fuisse finitum; quorum tamen aliqui diutius profuerunt, quia non multum in tyrannide excedebant sed quantum ad multa imitabantur regalem modestiam.

Adhuc autem, hoc magis fit manifestum ex consideratione divini iudicii. Ut enim in Iob dicitur, »regnare facit hominem ypocritam propter peccata populi«. Nullus autem verius ypocrita dici potest quam qui regis assumit officium et exhibet se tyrannum; nam ypocrita dicitur qui alterius representat personam, sicut in spectaculis fieri consuevit. Sic igitur Deus profici permittit tyran-

skoj zloći. Preostaje, dakle, da se tiranska vlast temelji jedino na strahu, pa zato tiranin svim silama nastoji da ga se podanici boje. Ali strah je slab temelj, jer oni koji su pritisnuti strahom, čim im se pruži prilika da se mogu nadati da će proći nekažnjeno, ustaju protiv vlastodržaca to žešće što su ih jače, protiv njihove volje, samim strahom obuzdavali. Tako, na primjer, ako se voda nasilno zatvori, čim nađe neki prolaz, ona provaljuje još silovitije. Ali ni sam strah nije bezopasan, jer su mnogi od prevelikog straha pali u očaj. A kad čovjek izgubi nadu u spasenje, onda on odvažno srlja u bilo kakav pothvat. Stoga vlast tiranina ne može biti dugotrajna.

Ovo s jednakom jasnoćom izlazi na vidjelo u primjerima kao i u razlozima. Ako, naime, netko promotri djela starine i događaje novoga vremena, teško je da će naići na podatak da je vlast nekoga tiranina bila dugotrajna. Stoga Aristotel, pošto je u svojoj *Politici*<sup>93</sup> nabrojao mnoge tirane, pokazuje da je vlast svih svršila u kratko vrijeme, a ako su neki vladali duže vrijeme, to je bilo zato što nisu pretjerivali u tiraniji, nego su u mnogočemu oponašali kraljevsku skromnost.

Ovo će biti još jasnije ako se promotri u svjetlu božjeg suda.

<sup>93</sup> *Politika* V, pogl. 12, 1315 b 11–39. – O problemu tiranije postoji na hrvatskom jeziku zbornik koji obuhvaća: Ksenofont, *Hijeront ili o tiraninu*, Leo Strauss, *O tiraniji, Kojève, Tiranija i mudrost*, izd. Grafički zavod Hrvatske, Zagreb, 1980.

nos ad puniendum subditorum peccata. Talis autem punitio in Scripturis ira Dei consuevit nominari; unde per Osee Dominus dicit »Dabo tibi regem in furore meo«. Infelix autem rex qui populo in furore Dei conceditur: non enim eius stabile potest esse dominium, quia »non obliviscetur misereri Deus, nec continebit in ira misericordias suas«; quinimo, ut per Ioel dicitur »est patiens, multe misericordie et prestabilis super malitia«. Non igitur diu permittet Deus regnare tyrannos, sed post tempestatem per eos inductam populo, per eorum deiectionem tranquillitatem inducet; unde Sapiens dicit »Sedes ducum superborum destruxit Dominus et sedere fecit mites pro eis«.

Experimento etiam apparet quod reges per iustitiam magis adipiscuntur divitias, quam per rapinam tyranni. Quia enim tyrannorum dominium subiecte multitudini displicet, opus habent tyranni multos habere satellites per quos contra subditos tuti reddantur, in quibus necesse est plura expendere quam a subditis rapiant. Regum autem dominium quia subditis placet, omnes subditos pro satellitibus ad custodiam habent, in quibus expendere opus non habent, sed interdum in necessitatibus plura regibus sponte donant quam tyranni diripere possint: et sic impletur quod Salomon dicit »Alii«, scilicet reges, »dividunt propria benefaciendo subiectis et divitiores fiunt; »alii«, scilicet tyranni, »rapiunt non sua

Kao što se kaže u Jobu:<sup>94</sup> »Pušta licemjernog čovjeka da vlada radi grijeha naroda.« A nitko nije veći licemjer nego onaj tko prima službu kralja, a vlada se kao tiranin. Licemjerom se, naime, naziva čovjek koji igra ulogu drugog čovjeka, kako obično biva u javnim predstavama. Tako dakle Bog dopušta da tirani vladaju da bi kaznio grijeha podanika. Takva se kazna u Pismima obično naziva Božjom srdžbom. Stoga Gospodin govori po Hošaji:<sup>95</sup> »U gnjevu svom kralja ti dadoh.« Ali jao kralju koga Bog daje narodu u srdžbi, ne može mu naime biti postojana vlast, jer »Bog ne zaboravlja smilovati se, niti će u srdžbi suzdržati svoje milosti.«<sup>96</sup> Štoviše, kako kaže Joel:<sup>97</sup> »on je strpljiv, mnogoga milosrđa i nad zlom se razali«. Bog, dakle, neće dopustiti da tirani dugo vladaju, nego će ih poslije oluje koja je po njima harala nad narodom zbaciti i stvoriti mir. Stoga Mudrac kaže:<sup>98</sup> »Gospodin je srušio prijestolja oholih vođa i ustoličio je blage na njihovom mjesto.«

Iskustvo također pokazuje da se kraljevi više obogaćuju po pravdnosti, nego tirani po pljački. Budući da se vlast tirana ne sviđa upokorenom narodu, tiranima su potrebni mnogi pratioci koji brane njihovu sigurnost od podanika, a na izdržavanje pratilaca moraju

<sup>94</sup> Job 34, 30.

<sup>95</sup> Hoš 13, 10.

<sup>96</sup> Usp. Ps 76, 10.

<sup>97</sup> Jl 2, 13.

<sup>98</sup> Sir 10, 17.



et semper in egestate sunt«. Similiter etiam iusto Dei contingit iudicio, ut qui divitias iniuste congregant inutiliter eas dispergant, aut etiam iuste auferantur ab eis. Ut enim Salomon dicit »avarus non implebitur pecunia, et qui amat divitias fructum non capiet ex eis«; quinimmo, ut alibi dicit, »conturbat domum suam qui secatur avaritiam«. Reges vero dum iustitiam querunt, divitiae ipsis adiciuntur a Deo, sicut Salomoni qui, dum sapientiam quesivit ad faciendum iudicium, promissionem de habundantia divitiarum accepit.

De fama vero superfluum videtur dicere. Quis dubitet bonos reges non solum in vita, sed magis post mortem quodammodo laudibus hominum vivere, in desiderio haberi, malorum vero nomen aut statim deficere, vel, si excellentes in malitia fuerint, cum detestatione ipsorum rememoratur. Unde Salomon dicit »Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet«, quia vel deficit, vel remanet cum fetore.

više potrošiti nego što pljačkom otmu od podanika. A budući da se vlast kraljeva sviđa podanicima, svi su podanici zapravo njihovi tjelohranitelji na koje ne trebaju trošiti, nego ponekad oni sami svojevrijedno više daruju kraljevima u potrebama, nego što bi tirani mogli od njih pljačkom uzeti. Tako se ispunja ono što je rekao Salomon:<sup>99</sup> »Jedni«, to jest kraljevi, »dijele svoja bogatstva čineći dobro podanicima i bivaju još bogatiji, a drugi«, to jest tirani, »pljačkaju tuđa dobra i uvijek trepe oskudicu.« Isto tako, po pravednom božjem sudu, događa se da oni koji nepravedno sabiru bogatstvo nekorisno ga rasipaju, ili im se pravedno oduzimlje. Jer kao što kaže Salomon<sup>100</sup> »tko novce ljubi, nikad ih dosta nema, tko bogatstvo ljubi, nikad mu dosta probitka.«; dapače, kako se kaže na drugom mjestu<sup>101</sup> »tko se lakomosti oda, razara svoj dom«. A kraljevi koji traže pravednost, dobivaju od Boga i bogatstvo, kao naprimjer Salomon koji je tražio mudrost da pravedno sudi, a primio je i obećanje obilnog bogatstva.<sup>102</sup>

Što se pak tiče glasovitosti, čini se da o tome nije potrebno govoriti. Tko će posumnjati da će dobri kraljevi ne samo za života nego još više poslije smrti živjeti na neki način tako da će ih ljudi s hvalom spominjati i priželjkiva-

<sup>99</sup> Izr 11, 24.

<sup>100</sup> Prop 5, 9.

<sup>101</sup> Izr 15, 27.

<sup>102</sup> Usp. 2 Ljet 1, 10–12.

ti, dok će naprotiv ime zlih odmah nestati, ili, ako su se isticali u zločin, s gnušanjem će ih se svatko sjećati. Stoga Salomon kaže:<sup>103</sup> »Pravednikov je spomen blagoslovljen, a opakom se ime proklinje«, jer ili iščezava ili ostaje u sramotnoj uspomeni.

### Capitulum undecimum (I, 11<sup>1</sup>)

#### *Quae supplicia sustinebunt tyranni*

Ex his ergo manifestum est quod stabilitas potestatis, divitiae, honor et fama magis regibus quam tyrannis ad votum proveniunt, propter quae tamen indebite adipiscenda declinant in tyrannidem principes: nullus enim a iustitia declinat nisi cupiditate alicuius commodi tractus. Privatim insuper tyrannus excellentissima beatitudine quae regibus debetur pro premio et, quod est gravius, maximum tormentum sibi acquirit in penis: si enim qui unum hominem spoliat vel in servitute redigit vel occidit maximam penam meretur, quantum quidem ad iudicium humanum mortem, quantum vero ad iudicium Dei damnationem eternam, quanto magis putandum est tyrannum deteriora mereri supplicia, qui undique ab omnibus rapit, contra omnium communem libertatem laborat, pro libito voluntatis quoscumque interficit. Tales insuper raro penitent, vento inflati superbie, merito peccatorum a Deo deserti et adulati-

### Poglavlje jedanaesto (I, 11<sup>1</sup>)

#### *Koje će muke podnijeti tirani*

Iz prethodnih izlaganja jasno proizlazi da postojanost vlasti, bogatstvo, čast i glasovitost više ispunjavaju želje kraljeva nego tirana, iako vladari postaju tirani upravo zato što sve to žele nezaluzeno prisvojiti. Nitko, naime, ne okreće leđa pravednosti, osim ako ga privlači žudnja za nekim probitkom. Osim toga, tiranin se lišava najvećeg blaženstva koje kraljevi zaslužuju kao nagradu i što je još gore on navlači na sebe najveću muku u kaznama. Ako, naime, netko opljačka jednoga čovjeka, ili ga baca u ropstvo, ili ga ubije, onda dotični zaslužuje najveću kaznu, to jest smrt, po ljudskom sudu, a vječno prokletstvo po božjem sudu. No s koliko više razloga valja misliti da tiranin zaslužuje mnogo teže kazne, on koji pljačka posvuda i svakoga, koji radi protiv zajedničke slobode svih i po svojoj samovolji ubija bilo koga. Osim toga, napuhani

<sup>103</sup> Izr 10, 7.

onibus hominum delibuti, et rarius digne satisfacere possunt. Quando enim restituent omnia que preter iustitie debitum abstulerunt, ad que tamen restituenda nullus dubitat eos teneri? Quando recompensabunt eis quos oppreserunt et iniuste qualitercumque leserunt?

Adicitur autem ad eorum impenitentiam quod omnia sibi licita estimant que impune sine resistentia facere potuerunt; unde non solum emendare non satagunt que mala fecerunt, sed sua consuetudine pro auctoritate utentes, peccandi audaciam transmittunt ad posteros, et sic non solum suorum facinorum apud Deum rei tenentur, sed etiam eorum quibus peccandi occasionem reliquerunt.

Aggravatur etiam eorum peccatum ex dignitate suscepti officii. Sicut enim terrenus rex gravior punit suos ministros si inveniatur sibi eos contrarios, ita Deus magis punit eos quos sui regiminis executores et ministros fecit, si nequiter agant Dei iudicium in amaritudinem convertentes. Unde et in libro Sapientie ad reges iniquos dicitur »Quoniam cum essetis ministri regni illius non iuste iudicastis, neque custodistis legem iustitie, neque secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur«. Et ad Nabugodonosor per Ysaia dicitur »Ad infernum detraheris in pro-

vjetrom oholosti, pravedno pušteno od Boga svojim grijesima i razmaženi ulagivanjem ljudi, takvi se rijetko kaju, a još rjeđe mogu dati dostojnu zadovoljstinu. Kada će naime nadoknaditi sve ono što su oteli protiv obveze pravednosti, a što su – u što nitko ne sumnja – dužni vratiti? Kada će nadoknaditi onima koje su tlačili i oštetili na bilo koji način?

Njihovo pokajanje je tim teže što smatraju da im je dopušteno sve što mogu učiniti nekažnjeno i bez otpora. Stoga ne samo da ne nastoje popraviti učinjena zla već postavljajući svoju naviku kao autoritet prenose svoju grešnu odvažnost na svoje potomke, pa su krivi pred Bogom ne samo za svoje zločine, nego i za one kojima su dali povoda da griješe.

Njihov grijeh postaje još teži zbog dostojanstva primljene službe. Kao što, naime, zemaljski kralj teže kažnjava svoje službenike ako mu se protive, tako će i Bog teže kazniti one koje je učinio izvršiocima i službenicima svoje vlasti, ako postupaju nepravedno pretvarajući božji sud u gorčinu. Stoga se u knjizi *Mudrosti* kaže:<sup>104</sup> »Iako ste upravljači njegova kraljevstva, ne vladaste pravedno niti se držaste zakona, niti služiste nakani Božjoj, Gospod će vas napasti brzo i užasno, jer za velikaše je nemilosrdna kazna; maleni su oproštenja dostojni, a moćnici će biti moćno kažnjeni«. Također govori Nabukodonozoru po Iza-

<sup>104</sup> Mudr 6, 4–6.

fundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur teque prospicient«, quasi profundius in penis submersum.

## Capitulum duodecimum (I, 12<sup>2</sup>)

### *Recapitulatio huius primi libri*

Si igitur regibus habundanter temporalia bona proveniunt et excellens beatitudinis gradus preparatur a Deo, tyranni autem et a temporalibus bonis que cupiunt plerumque frustrantur, multis insuper periculis temporalibus subiacentes et, quod est amplius, bonis eternis privantur ad penas gravissimas reservati, vehementer studendum est hiis qui regendi susceperunt officium ut reges se subditis prebeant, non tyrannos.

De rege autem quid sit, et quod expediat multitudini regem habere, adhuc autem quod presidenti expediat se regem multitudini exhibere subiecte, non tyrannum, tanta a nobis dicta sint.

iji.<sup>105</sup> »A sruši se u pakao, u dubine provalije. Koji te vide motre na te i o tebi razmišljaju«, jer si najdublje zaglibio u kaznama.

## Poglavlje dvanaesto (I, 11<sup>2</sup>)

### *Sažetak ove prve knjige*

Ako dakle kraljevi primaju obilno vremenita dobra i Bog im priprema najviši stupanj blaženstva, a tirani se lišavaju vremenitih dobara za kojima žude, i osim toga izlažu se mnogim vremenitim pogibeljima, pogotovo se pak lišavaju vječnih dobara i osuđeni su na najteže kazne, onda oni koji su primili službu vladara moraju veoma paziti da se prema podanicima ponašaju kao kraljevi, a ne kao tirani.

A pokazali smo što je kralj, da je za narod korisno da ima kralja i da je za vladara probitačno da se ponaša prema narodu kao kralj, a ne kao tiranin.

<sup>105</sup> Iz 14, 15–16.

## LIBER II

### Capitulum primum (I, 12)

#### *Quid sit regis officium*

Consequens autem est dictis considerare quid sit regis officium et qualem oporteat esse regem.

Quoniam vero ea que sunt secundum artem imitantur ea que sunt secundum naturam, ex quibus accipimus ut secundum rationem operari possimus, optimum videtur regis officium a forma regiminis naturalis assumere. Invenitur autem in rerum natura regimen et universale et particulare: universale quidem, secundum quod omnia sub Dei regimine continentur quia sua providentia universa gubernat; particulare autem regimen, maxime quidem divino regimini simile, invenitur in homine, qui ob hoc minor mundus appellatur, quia in eo invenitur forma universalis regiminis. Nam sicut universa creatura corporea et omnes spirituales virtutes sub divino regimine continentur, sic et corporis membra et cetera vires anime a ratione reguntur; et sic quodammodo se habet ratio in homine sicut Deus in mundo.

Sed quia, sicut supra ostendimus, homo est animal naturaliter sociale in multitudine vivens, si-

## KNJIGA DRUGA

### Poglavlje prvo (I, 12)

#### *Što je dužnost kralja*

Nastavljajući prethodna izlaganja valja razmotriti što je dužnost kralja i kakav treba da bude kralj.

Budući da djela umijeća oponašaju djela prirode po kojima se ravnamo da bismo razumski djelovali, čini se da ćemo dužnost kralja najbolje shvatiti po uzoru na prirodnu vladavinu. A u prirodnom svijetu postoji i opća i posebna vladavina. Opća vladavina je ona kojom su sva bića obuhvaćena božjom vlašću, jer on upravlja svime svojom providnošću. Posebna pak vladavina, koja je veoma slična božanskoj, nalazi se u čovjeku koji se zbog toga naziva malim svijetom,<sup>106</sup> jer je u njemu prisutan oblik opće vladavine. Jer kao što se sva tjelesna stvorenja i sve duhovne sile nalaze pod božjom vladavinom, tako i razum

<sup>106</sup> ●va misao potječe, čini se, od Demokrita koji je rekao da je čovjek »svijet u malome« (usp. H. Diels, *Predskratovci* II sv., str. 158, Zagreb, 1983). Ta se misao naročito razvila u platonizmu i neoplatonizmu (usp. M. Kurdzialek, *Der Mensch als Abbild des Kosmos*, u: *Der Begriff der repraesentatio*, Miscellanea Mediaevalia Bd. 8, Berlin–New York, 1971, str. 35–75). Toma u svom djelu često upućuje na ovu misao, npr. *In VIII Physic. Aristotelis*, VIII, lec. 4, n. 2081.

militudo divini regiminis invenitur in homine non solum quantum ad hoc quod ratio regit ceteras hominis partes, sed ulterius quantum ad hoc quod per rationem unius hominis regitur multitudo; quod maxime pertinet ad officium regis, dum et in quibusdam animalibus que socialiter vivunt quedam similitudo invenitur huius regiminis, sicut in apibus in quibus et reges esse dicuntur, non quod in eis per rationem sit regimen, sed per instinctum nature inditum a summo regente qui est auctor nature.

Hoc igitur officium rex se suscepisse cognoscat ut sit in regno sicut in corpore anima et sicut Deus in mundo; que si diligenter recogitet, ex altero iustitie in eo zelus accenditur dum considerat ad hoc se positum ut loco Dei iudicium in regno exerceat, ex altero vero mansuetudinis et clementie lenitatem acquirit dum reputat singulos qui suo subsunt regimini sicut propria membra.

upravlja tjelesnim udovima i ostalim duševnim silama. Prema tome, razum ima u čovjeku na neki način onu ulogu koju Bog ima u svijetu.

Ali, budući da je čovjek po naravi društveno biće koje živi u zajednici, kako smo prije pokazali, sličnost s božjom vladavinom nalazi se u čovjeku ne samo utoliko što razum upravlja ostalim dijelovima čovjeka nego i utoliko što razum jednoga čovjeka upravlja zajednicom. Upravo to je najveća dužnost kralja. Kod nekih životinja koje žive udruženo postoji stanovita sličnost ovoj vladavini, kao naprimjer kod pčela za koje se kaže da imaju kraljice, ali kod njih to vladanje nije djelo razuma, nego im je taj prirodni nagon usadio vrhovni vladalac koji je tvorac prirode.

Stoga kralj mora shvatiti da mu je dužnost da bude u kraljevstvu ono što je duša u tijelu i Bog u svijetu. Bude li pomnjivo promišljao ove misli, on će se, s jedne strane, oduševiti za pravедnost čim uvidi da je zato postavljen na ovu službi da dijeli pravdu u kraljevstvu namjesto Boga, a s druge strane steći će duh nježnosti i blagosti kad sve podanike pod svojom vlašću bude smatrao svojim vlastitim udovima.

## Capitulum secundum (I, 13)

*Que ad regis officium pertinent in institutione civitatis aut regni*

Oportet igitur considerare quid Deus in mundo faciat, sic enim manifestum erit quid imminet regi faciendum.

Sunt autem universaliter consideranda duo opera Dei in mundo: unum quo mundum instituit, alterum quo mundum institutum gubernat. Hec etiam duo opera anima habet in corpus: nam primo quidem virtute anime formatur corpus, deinde vero per animam corpus regitur et movetur. Horum autem secundum quidem magis proprie pertinet ad regis officium; unde ad omnes reges pertinet gubernatio, et a gubernationis regimine regis nomen accipitur. Primum autem opus non omnibus regibus convenit: non enim omnes regnum aut civitatem instituunt in quo regnant, sed regno aut civitati iam institutis regiminis curam impendunt.

Est autem considerandum quod nisi precessisset qui institueret civitatem aut regnum, locum non haberet gubernatio regni; sub regis enim officio comprehenditur etiam institutio civitatis et regni: nonnulli enim civitates instituerunt in quibus regnarent, ut Ninus Ninive et Romulus Romam. Similiter etiam ad gubernationis officium pertinet ut gubernata conservet ac eis utatur ad quod sunt constituta; non igitur gubernationis officium plene cognosci

## Poglavlje drugo (I, 13)

*Koje su dužnosti kralja u osnivanju države, odnosno kraljevstva*

Valja, dakle, promotriti što čini Bog u svijetu, jer tako će biti jasno što mora činiti kralj.

Općenito govoreći, dvije su božje djelatnosti u svijetu: prva je ona kojom svijet sazda je, a druga kojom sazdanim svijetom upravlja. Ove dvije djelatnosti ima i duša u tijelu: prvo se, naime, snagom duše oblikuje tijelo, zatim duša upravlja tijelom i pokreće ga. Od ovih dviju djelatnosti kralju je najvlastitija služba ova druga. Stoga je dužnost svih kraljeva da upravljaju, a ime kralj dolazi upravo od vlasti upravljanja.<sup>107</sup> Ali prva djelatnost ne pripada svim kraljevima, ne osnivaju, naime, svi kraljevstvo ili državu kojom vladaju, nego se brinu da vladaju onima koje su već osnovane.

No valja napomenuti da ako netko ne bi prethodno osnovao državu ili kraljevstvo, ne bi se ni moglo vršiti upravljanje kraljevstvom. Služba kralja obuhvaća, dakle, također osnivanje države i kraljevstva: neki su, naime, kraljevi osnovali države kojima su vladali, kao Nin Ninivu i Romul Rim. Jednako tako u službu kraljevske vlasti spada i to da čuva stvari kojima upravlja i da se služi

<sup>107</sup> Ova etimologija vrijedi u latinskom jeziku: »rex« dolazi od »regere«, dok u hrvatskom jeziku kralj dolazi od imena *Karla* Velikog koji se smatrao vladarom u punom smislu riječi.

poterit si institutionis ratio ignoretur.

Ratio autem institutionis regni ab exemplo institutionis mundi sumenda est: in quo primo consideratur ipsarum rerum productio, deinde partium mundi ordinata distinctio. Ulterius autem singulis mundi partibus diverse rerum species distribute videntur, ut stelle celo, volucres aeri, pisces aque, animalia terre; deinde singulis ea quibus indigent habundanter divinitus provisa videntur. Hanc autem institutionis rationem Moyses subtiliter et diligenter expressit. Primo enim rerum productionem proponit dicens »In principio creavit Deus celum et terram«; deinde secundum convenientem ordinem omnia divinitus distincta esse denuntiat, videlicet diem a nocte, a superioribus inferiora, mare ab arida. Hinc celum luminaribus, avibus aerem, mare piscibus, animalibus terram ornatum refert, ultimo assignatum hominibus animalium terreque dominium; usum vero plantarum tam ipsis quam animalibus ceteris ex providentia divina denuntiat.

Institutor autem civitatis et regni de novo quidem producere homines et loca ad inhabitandum et cetera vite subsidia non potest, sed necesse habet hiis uti que in natura preexistunt; sicut et cetera artes operationis sue materiam a natura accipiunt, ut faber ferrum, edificator autem ligna et lapides in artis usum assumunt. Necesse est igitur institutori civitatis et regni primum quidem congru-

njima u onu svrhu za koju su sazdane. Nemoguće je, dakle, potpuno upoznati službu upravljanja, ako se ne poznaje razlog osnivanja.

A razlog osnivanja kraljevstva treba razabrati iz primjera kako je svijet sazdán: u kojemu se prvo promatra postanak samih stvari, zatim postupno razlučivanje dijelova svijeta. Potom vidimo kako su svakom pojedinom dijelu svijeta dodijeljene različite vrste stvari, kao naprimjer zvijezde nebesima, ptice zraku, ribe vodi, životinje zemlji. Napokon vidimo kako je Bog svaki pojedini dio svijeta obilno opskrbio onim što mu je potrebno. Mojsije je oštroumno i pomnjivo izrazio ovaj stvaralački nacrt. Prvo je, naime, izložio postanak stvari govoreći:<sup>108</sup> »U početku stvori Bog nebo i zemlju.« Zatim izjavljuje da je Bog sve razlučio prema skladnom poretku, to jest noć od dana, nizine od visina, more od kopna. Nadalje izvješćuje kako je ukrasio nebo svjetlima, zrak pticama, mora ribama i zemlju životinjama, te je napokon odredio da ljudi vladaju životinjama i zemljom. Prema božjoj providnosti upotreba biljaka povjerena je i ljudima i životinjama.

Osnivač države i kraljevstva ne može, doduše, iznova stvoriti ljude, ni njihova mjesta za stanovanje, ni ostale izvore za život, već je primoran služiti se onima koja već postoje u prirodi. Isto tako

<sup>108</sup> Post 1, 1.

um locum eligere qui salubritate habitatores conservet, ubertate ad victum sufficiat, amenitate delectet, munitione ab hostibus tuto reddat. Quod si aliquid de dicta opportunitate deficiat, tanto locus erit convenientior quanto plura vel magis necessaria de premissis habeat. Deinde necesse est ut locus electus institutioni civitatis aut regni distinguat secundum exigentiam eorum que perfectio civitatis aut regni requirit: puta si regnum instituendum sit, oportet providere quis locus sit aptus urbibus constituendis, quis villis, quis castris, ubi constituenda sint studia litterarum, ubi exercitia militum, ubi negotiatorum conventus, et sic de aliis que perfectio regni requirit. Si autem institutioni civitatis opera detur, providere oportet quis locus sit sacris, quis iuri reddendo, quis artificibus singulis deputandus. Ulterius autem oportet homines congregare, qui sunt congruis locis secundum sua officia deputandi. Demum vero providendus est ut singulis necessaria suppetant secundum uniuscuiusque condicionem et statum; aliter enim nequaquam posset regnum vel civitas commanere.

Hec igitur sunt, ut summarie dicatur, que ad regis officium pertinent in institutione civitatis aut regni ex similitudine institutionis mundi assumpta.

i ostala umijeća uzimaju građu svoje obrade iz prirode, naprimjer kovač željezo, a graditelj primjenjuje drva i kamenje u svom umijeću. Stoga osnivač države i kraljevstva mora najprije izabrati pogodno mjesto za stanovanje, koje će stanovnike sačuvati u zdravlju, dovoljno plodno za njihovo uzdržavanje, ljupko za dobro raspoloženje i čvrsto utvrđeno protiv neprijatelja. Ako ipak nešto nedostaje od spomenutih pogodnosti, mjesto će biti to povoljnije što bude imalo više od spomenutih nužnih uvjeta. Osim toga, potrebno je mjesto izabrano za osnutak države ili kraljevstva podijeliti prema zahtjevima svega što sačinjava savršenstvo države ili kraljevstva. Ako naprimjer želi osnovati kraljevstvo treba se pobrinuti za mjesto koje je pogodno za gradnju gradova, koje za gradnju sela, koje za gradnju tvrđava, gdje će se osnovati učilišta, gdje će se smjestiti polja za vojne vježbe, gdje trgovački sajmovi i slične stvari koje su potrebne za savršenstvo kraljevstva. Ako pak kani osnovati grad, mora se pobrinuti za mjesto bogoštovlja, za pravosuđe i za pojedine obrtnike. Zatim treba okupiti ljude koje valja postaviti na odgovarajuća mjesta prema njihovim službama. Napokon mora voditi brigu o tome da svatko ima na raspolaganju ono što mu je nužno prema njegovom stanju i staležu, jer inače kraljevstvo ili država nikako ne mogu opstojati.

Eto, to su, u glavnim crtama,

dužnosti kralja pri osnivanju države ili kraljevstva kada ga promatramo u usporedbi sa stvaranjem svijeta.

### Capitulum tertium (I, 14)

*Quod ratio gubernationis ex divina gubernatione sumenda est*

Sicut autem institutio civitatis aut regni ex forma institutionis mundi convenienter accipitur, sic et gubernationis ratio ex divina gubernatione sumenda est.

Est tamen preconsiderandum quod gubernare est id quod gubernatur convenienter ad debitum finem perducere: sic enim navis gubernari dicitur, dum per naute industrias recto itinere ad portum illesa perducitur. Si igitur aliquid ad finem extra se ordinetur ut navis ad portum, ad gubernationis officium pertinebit non solum ut rem in se conservet illesam, sed quod ulterius ad finem perducatur. Si vero aliquid esset cuius finis non esset extra ipsum, ad hoc solum tenderet gubernatoris intentio ut rem illam in sua perfectione conservaret illesam. Et quamvis nichil tale esse inveniatur in rebus preter ipsum Deum qui est omnibus finis, erga id tamen quod ad finem extrinsecum ordinatur multipliciter cura impenditur a diversis. Nam forte alius erit qui curam gerit ut res in suo esse conservetur, alius autem ut ad ulteriorem perfectionem perveniat, ut in ipsa navi, unde gubernationis

### Poglavlje treće (I, 14)

*Za uzor upravljanja valja uzeti božje upravljanje*

Kao što se za uzor osnivanja države ili kraljevstva prikladno uzima stvaranje svijeta, tako za uzor upravljanja valja uzeti božje upravljanje.

No prije svega treba napomenuti da vladati znači privesti na prikladan način upravljanju stvar svome cilju. Tako se kaže da se brodom upravlja onda kad ga kormilar svojom vještinom ravnim putem neoštećena privede u luku. Ako je, dakle, nešto usmjereno prema izvanjskom cilju kao što je brod usmjeren prema luci, onda se upravljanje ne sastoji samo u tome da sačuva stvar neoštećenu, nego da je osim toga dovede do cilja. Ali ako nešto ne bi bilo usmjereno prema izvanjskom cilju, onda bi cilj upravitelja bio samo taj da stvar sačuva neoštećenu u svome savršenstvu. I premda takvo biće ne postoji u prirodi, osim Boga koji je svrha svega, ipak različiti ljudi se na više načina brinu za stvari koje su usmjerene prema izvanjskom cilju. Jer zacijelo drugi će čovjek voditi brigu o tome da sačuva stvar u bivstvovanju, a opet drugi da je dalje usavrši, kao što se jasno vidi kod

nomen assumitur, manifeste apparet. Faber enim lignarius curam habet restaurandi si quid fuerit collapsum in navi, sed nauta sollicitudinem gerit ut navim perducatur ad portum. Sic etiam contingit in homine: nam medicus curam gerit ut hominis vita conservetur, yconomus ut suppetant necessaria vite, doctor autem curam gerit ut veritatem cognoscat, insitutor autem morum ut secundum rationem vivat.

Quod si homo non ordinatur ad aliud exterius bonum, sufficerent homini cure predictae; sed est quoddam bonum extraneum homini quandiu mortaliter vivit, scilicet ultima beatitudo que in fruitione Dei expectatur post mortem, quia, ut Apostolus dicit, »quandiu sumus in corpore peregrinamur a Domino«. Unde homo christianus, cui beatitudo illa est per Christi sanguinem acquisita et qui pro ea consequenda Spiritus Sancti arram accepit, indiget alia spirituali cura per quam dirigatur ad portum salutis eterne; hec autem cura per ministros Ecclesie Christi fidelibus exhibetur.

Idem autem oportet esse iudicium de fine totius multitudinis et unius. Si igitur finis ultimus hominis esset bonum quodcumque in ipso existens, et regende multitudinis ultimus finis esset ut tale bonum multitudo acquireret et in eo permaneret. Et si quidem ultimus sive unius hominis sive multitudinis finis esset corporalis vita et sanitas corporis, medici esset officium; si vero ultimus finis es-

broda od kojega potječe izraz upravljanje.<sup>109</sup> Naime drvodjelac se brine da popravi brod ako se ošteti, a kormilar se brine da privede brod u luku. Sličan je slučaj kod čovjeka: jer liječnik se brine da čuva život čovjeka, privrednik se brine da zadovolji životne potrebe, učitelj se brine da spozna istinu, odgojitelj pak upućuje da se živi razumno.

Kad čovjek ne bi bio usmjeren prema nekom drugom izvanjskom dobru, dovoljne bi mu bile spomenute službe. Ali dok god čovjek živi ovim smrtnim životom on ima izvan sebe neko dobro, to jest konačno blaženstvo koje se očekuje u uživanju Boga poslije smrti. Jer kao što kaže Apostol:<sup>110</sup> »dok god smo u tijelu, putujemo daleko od Gospodina.« Stoga je čovjeku kršćaninu koji je stekao to blaženstvo po Kristovoj krvi i koji je primio jamstvo Duha Svetoga, potrebna neka druga duhovna briga kojom će se usmeriti prema luci vječnog spasenja. Tu brigu o vjernicima vode službenici Kristove Crkve.

A isti treba da bude sud o svrsi cijelog naroda i jednoga čovjeka.<sup>111</sup> Kad bi, dakle, posljednja svrha čovjeka bila neko dobro koje je u njemu samome, onda bi

<sup>109</sup> Upravljanje (gubernatio) prvobitno je označavalo kormilarenje brodom. Latinska riječ »gubernator« (upravitelj, kormilar) dolazi od grčke riječi κυβερνήτης, epski κυβερνήτης koja je označavala osobu koja nije samo kormilarila, već je imala pod sobom upravu cijelog broda.

<sup>110</sup> Usp. 2 Kor 5, 6.

<sup>111</sup> Usp. Aristotel, *Politika* VII, 2, 1324 a 5.

set divitiarum affluentia, yconomus rex quidam multitudinis esset; si vero bonum veritatis cognoscende tale quid esset ad quod posset multitudo pertingere, rex haberet doctoris officium.

Videtur autem ultimus finis esse multitudinis congregatae vivere secundum virtutem: ad hoc enim homines congregantur ut simul bene vivant, quod consequi non posset unusquisque singulariter vivens; bona autem vita est que est secundum virtutem, virtuosam igitur vita finis est congregationis humane. Huius autem signum est, quia hii soli partes sunt multitudinis congregatae qui sibi invicem communicant in bene vivendo. Si enim propter solum vivere homines convenirent, animalia et servi essent pars aliqua congregationis civilis; si vero propter acquirendas divitias, omnes simul negotiantes ad unam civitatem pertinerent. Nunc autem videmus eos solos sub una multitudine computari qui sub eisdem legibus et eodem regimine diriguntur ad bene vivendum.

Sed quia homo vivendo secundum virtutem ad ulteriorem finem ordinatur, qui consistit in fruitione divina ut supra iam diximus, oportet autem eundem finem esse multitudinis humane qui est hominis unius, non est ultimus finis multitudinis congregatae vivere secundum virtutem, sed per virtuosam vitam pervenire ad fruitionem divinam.

Siquidem igitur ad hunc finem pervenire posset virtute humane

i posljednja svrha naroda kojim treba vladati bila u tome da postigne to dobro i da ga zadrži. I kad bi posljednja svrha, bilo jednoga čovjeka, bilo naroda, bila u tjelesnom životu i tjelesnom zdravlju, onda bi to bila služba liječnika; kad bi pak posljednja svrha bila u sabiranju bogatstva, onda bi kralj naroda trebao biti neki privrednik, a ako bi to dobro bilo spoznaja istine, onda bi kralj trebao nositi službu učitelja.

Međutim, čini se da je posljednja svrha ujedinenog naroda da živi kreposno: naime, ljudi se ujedinjaju radi toga da zajedno dobro žive, što ne bi mogao postići svaki pojedinac živeći napose. Dobar život je kreposni život, pa je, dakle, krepostan život svrha ljudske zajednice. Dokaz za to je da su samo oni članovi ujedinenog naroda koji jedni drugima uzajamno pomažu za dobar život. Kad bi se, naime, ljudi ujedinjavali samo radi [golog] života, onda bi i životinje i robovi bili sastavni dio građanske zajednice; kad bi se pak ujedinjavali radi stjecanja bogatstva, onda bi svi trgovci spadali u jednu državu. No mi vidimo da se samo oni smatraju članovima iste zajednice koji se istim zakonima i istom vlašću usmjeravaju prema dobrom životu.<sup>112</sup>

Ali budući da je čovjek koji živi kreposno usmjeren prema jednom višem cilju koji se sastoji u uživanju Boga, kako prije reko-

<sup>112</sup> Za cijeli ovaj period usp. Aristotel, *Politika* III, 9, 1280 a 25 – b 40.

nature, necesse esset ut ad officium regis pertineret dirigere homines in hunc finem: hunc enim regem dici supponimus cui summa regiminis in rebus humanis committitur. Tanto autem est regimen sublimius quanto ad finem altiore ordinatur: semper enim invenitur ille ad quem pertinet ultimus finis imperare operantibus ea que in finem ultimum ordinantur; sicut gubernator, ad quem pertinet navigationem disponere, imperat ei qui navem constituit qualem navem navigationi aptam facere debeat; civilis qui debet uti armis, imperat fabro qualia fabricet arma. Sed quia finem fructus divine non consequitur homo per virtutem humanam sed virtute divina, secundum illud Apostoli »Gratia Dei vita eterna«, perducere ad illum ultimum finem non est humani regiminis sed divini.

Ad illum igitur regem huiusmodi regimen pertinet qui non solum homo sed etiam Deus, scilicet ad Dominum Ihesum Christum, qui homines filios Dei faciens in celestem gloriam introduxit. Hoc igitur est regimen ei traditum quod non corrumpetur, propter quod non solum sacerdos sed rex in Scripturis sacris nominatur, dicente Ieremia »Regnabit rex et sapiens erit«; unde ab eo regale sacerdotium derivatur, et quod est amplius, omnes Christi fideles in quantum sunt membra eius reges et sacerdotes dicuntur.

Huiusmodi ergo regni ministerium, ut a terrenis spiritualia

smo, a cilj ljudske zajednice mora biti isti kao i cilj jednoga čovjeka, stoga konačni cilj udruženog naroda nije da živi kreposno, nego da po kreposnom životu došpije do uživanja Boga.

Kad bi se ovaj cilj mogao postići snagom ljudske naravi, onda bi služba kralja nužno bila u tome da upravlja ljude prema tom cilju, jer ovdje pod izrazom kralj mislimo na onoga kome je povjerena vrhovna vlast u ljudskim stvarima. Vlast je pak to uzvišenija što je prema višem cilju usmjerena. Jer uvijek je bilo tako da onaj kome je povjeren posljednji cilj zapovijeda onima koji rade na stvarima koje su usmjerene prema posljednjem cilju. Naprimjer, kormilar čija je zadaća da upravlja plovidbom zapovijeda brodograditelju kakav brod treba napraviti da bi bio prikladan za plovidbu; građanin pak koji se služi oružjem zapovijeda kovaču kakvo oružje treba proizvesti. Ali, budući da čovjek ne može postići uživanje Boga ljudskom nego božanskom silom, prema riječima Apostola<sup>113</sup> »Božja milost je vječni život«, ovom posljednjem cilju ne može privesti ljudska vlast nego božanska.

Stoga ova vlast pripada takvom kralju koji nije samo čovjek nego i Bog, to jest Gospodinu Isusu Kristu koji je uveo ljude u nebesku slavu učinivši ih sinovima božjim. Dana mu je dakle vlast koja neće propasti, zbog čega

<sup>113</sup> Usp. Rim, 6, 23.

essent discreta, non terrenis regibus sed sacerdotibus est commissum, et precipue summo sacerdoti successori Petri, Christi vicario Romano Pontifici, cui omnes reges populi Christiani oportet esse subiectos sicut ipsi Domino Ihesu Christo. Sic enim, ut dictum est, ei ad quem ultimi finis pertinet cura subdi debent illi ad quos pertinet cura antecedentium finium, et eius imperio dirigi.

Quia igitur sacerdotium gentium et totus divinatorum cultus erat propter temporalia bona conquirenda, que omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune cuius regi cura incumbit, convenienter sacerdotes gentilium regibus subdebantur. Sed et in Veteri lege promittebantur bona terrena, non a demonibus sed a Deo vero, religioso populo exhibenda; unde et in Veteri lege sacerdotes regibus leguntur fuisse subiecti. Sed in Nova lege est sacerdotium altius, per quod homines traducuntur ad bona celestia; unde et in lege Christi reges debent sacerdotibus esse subiecti.

Unde mirabiliter ex divina providentia factum est ut in Romana urbe, quam Deus previderat christiani sacerdotii principalem sedem futuram, hic mos paulatim inolescet ut civitatis rectores sacerdotibus subderentur. Sicut enim Maximus Valerius refert, »omnia post religionem ponenda semper nostra civitas duxit, etiam in quibus summe maiestatis conspici decus voluit. Quapropter non dubitaverunt sacris imperia

se u Svetom pismu ne zove samo svećenik nego i kralj, prema riječima Jeremije:<sup>114</sup> »On će vladati kao kralj i bit će mudar«. Stoga od njega potječe kraljevsko svećenstvo, štoviše, svi kršćani ukoliko su njegovi udovi zovu se kraljevima i svećenicima.<sup>115</sup>

Da bi se lučila duhovna stvarnost od zemaljske, služba ovoga kraljevstva nije povjerena zemaljskim kraljevima, nego svećenicima, a pogotovo vrhovnom svećeniku Petrovom nasljedniku, Kristovom namjesniku, Rimskom prvosvećeniku kome svi kraljevi kršćanskog naroda moraju biti podložni kao samome Gospodinu Isusu Kristu.<sup>116</sup> Kao što je, naime, rečeno, onome na koga spada briga za posljednji cilj, moraju se pokoravati oni na koje spada briga za prethodne ciljeve i moraju izvršavati njegove zapovijedi.

Budući da su svećeništvo pogana i cjelokupno bogoštovlje imali za cilj stjecanje vremenitih dobara koja su sva usmjerena prema zajedničkom dobru naroda za koje se treba brinuti kralj, razumljivo je da su poganski svećenici bili podložni kraljevima. No u Starom zavjetu također su se obećavala vjernom narodu zemaljska dobra, i to ne od đavla nego od pravoga Boga, pa zato

<sup>114</sup> Jer 23, 5.

<sup>115</sup> Usp. Otk 1, 6; 5, 10; 20, 6.

<sup>116</sup> Usp. *Liber de fide Trinitatis*, n. 98. Ovo je djelo zbirka tekstova grčkih crkvenih otaca. Sastavio ga je najvjerojatnije Nikola iz Drača (Durazzo) između 1231. i 1256. g. Toma se ponajviše služio njime u svom djelu *Contra errores Graecorum* (usp. *Opera omnia*, t. XL, Romae, 1967, str. A 5-A 19).

servire, ita se humanarum rerum habitura regimen existimantia, si divine potentie bene atque constanter fuissent famulata«. Quia etiam futurum erat ut in Gallia christiani sacerdotii plurimum vigeret religio, divinitus est provisum ut etiam apud Gallos gentiles sacerdotes, quos druides nominabant, totius Gallie ius diffinirent, ut refert Iulius Cesar in libro quem De bello gallico scripsit.

i u Starom zavjetu čitamo da su svećenici bili podložni kraljevima. Ali u Novom zavjetu svećeništvo je uzvišenije, ono vodi ljude prema nebeskim dobrima. Stoga u Kristovom zakonu kraljevi trebaju biti podložni svećenicima.

Zato se po božjoj providnosti na čudesan način dogodilo da se u gradu Rimu koji je Bog predvidio za buduće glavno sjedište kršćanskog svećenstva malo po malo uvriježio običaj da se gradonačelnici pokoravaju svećenicima. Jer kao što izvješćuje Maksim Valerije<sup>117</sup> »naš je grad uvijek smatrao da religiju treba pretpostaviti svemu drugom, čak i u onim stvarima u kojima je vrhovno veličanstvo htjelo pokazati svoj sjaj. Stoga carevi nisu sumnjali da trebaju služiti svetome, smatrajući da će zadobiti vlast nad ljudskim stvarima ako budu dobro i trajno služili božanskoj moći.« Jednako tako, budući da je religija kršćanskog svećenstva u budućnosti trebala procvjetati u Galiji, po odredbi božanske providnosti njihovi su poganski svećenici, koji su se zvali druidi, određivali pravo čitave Galije, kao što izvješćuje Julije Cezar u knjizi *O Galskom ratu*.<sup>118</sup>

<sup>117</sup> Usp. *Factorum et dict. memor.* I, c. 1, 9.

<sup>118</sup> *De Bello Gallico* VI, 13, 5.

#### Capitulum quartum (I, 15)

*Ad hoc regis studium oportet intendere qualiter multitudo bene vivat*

Sicut autem ad vitam quam in celo speramus beatam ordinatur sicut ad finem vita qua hic homines bene vivunt, ita ad bonam multitudinis vitam ordinatur sicut ad finem quecumque particularia bona per hominem procurantur, sive divitie, sive lucra, sive sanitas, sive facundia vel eruditio. Si igitur, ut dictum est, qui de ultimo fine curam habet preesse debet hiis qui curam habent de ordinatis ad finem, et eos dirigere suo imperio, manifestum ex dictis fit quod rex, sicut divino regimine quod administratur per sacerdotum officium subdi debet, ita preesse debet omnibus humanis officiis et ea imperio sui regiminis ordinare.

Cuicumque autem incumbit aliquid perficere quod ordinatur in aliud sicut in finem, hoc debet attendere ut suum opus sit congruum fini: sicut faber sic facit gladium ut pugne conveniat, et edificator sic debet domum disponere ut ad inhabitandum sit apta. Quia igitur vite qua hic in presenti bene vivimus finis est beatitudo celestis, ad regis officium pertinet ea ratione bonam vitam multitudinis procurare secundum quod congruit ad celestem beatitudinem consequendam, ut scilicet ea precipiat que ad celestem beatitudinem ducunt, et eorum contraria

#### Poglavlje četvrto (I, 15)

*Kralj mora nastojati da narod dobro živi*

Kao što je dobar život kojim ljudi žive ovdje [na zemlji] usmjeren prema blaženom životu kojemu se nadamo u nebu kao u svome cilju, tako su sva djelomična dobra za koja se ljudi brinu, bilo za bogatstvo, za zaradu, za zdravlje, za rječitost ili učenost, usmjeren prema dobrom životu naroda kao svome cilju. Ako, dakle onaj, kao što je rečeno, tko se brine za posljednji cilj mora biti na čelu onih koji se brinu za stvari koje su usmjerene prema cilju, onda iz toga jasno proizlazi da kao što se kralj treba podložiti božanskoj vlasti koju izvršava svećenička služba, tako on treba biti na čelu svih ljudskih službi i usklađivati ih svojom zapovjedničkom vlašću.

A svatko tko je zadužen da usavrši ono što je usmjereno prema nečemu drugom kao svome cilju, mora paziti da mu djelo bude usklađeno s ciljem, naprimjer kovač treba tako napraviti mač da bude prikladan za borbu, a graditelj treba tako urediti kuću da bude prikladna za stanovanje. Budući da je cilj dobroga života u ovom svijetu nebesko blaženstvo, dužnost je kralja da se tako brine za dobar život naroda da bi po njemu mogao postići nebesko blaženstvo, a zabrani, koliko je moguće, ono što se tome protivi.



secundum quod fuerit possibile interdicat.

Que autem sit ad veram beatitudinem via et que sint impedimenta ipsius, ex lege divina cognoscitur, cuius doctrina pertinet ad sacerdotum officium, secundum illud Malachie »Labia sacerdotum custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius«. Et ideo in Deuteronomio Dominus precepit »Postquam sederit rex in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Levitice tribus; et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum et custodire verba et ceremonias eius que in lege precepta sunt«.

Per legem igitur divinam edoctus, ad hoc precipuum studium oportet intendere qualiter multitudo sibi subdita bene vivat. Quod quidem studium in tria dividitur: ut primo quidem in subiecta multitudine bonam vitam instituat, secundo ut institutam conservet, tertio ut conservatam ad meliora promoveat.

Ad bonam autem unius hominis vitam duo requiruntur: unum principale quod est operatio secundum virtutem, virtus enim est qua bene vivitur; aliud vero secundarium et quasi instrumentale, scilicet corporalium bonorum sufficientia quorum usus est necessarius ad actum virtutum. Ipsa tamen hominis unitas per naturam causatur, multitudinis autem unitas que pax dicitur est per regentis

Iz božjeg zakona spoznajemo koji put vodi u pravo blaženstvo i koje su mu zapreke, a nauka o tome spada u službu svećenika, prema riječima Malahije:<sup>119</sup> »usne svećenikove treba da čuvaju znanje, a iz njegovih usta treba tražiti zakon.« Zato je Gospodin u *Ponovljenom zakonu* zapovjedio:<sup>120</sup> »A kad sjedne na kraljevsko prijestolje, neka sebi na svitak prepíše ovaj zakon od svećenika Levijevaca. Neka ga drži uza se; neka ga čita sve vrijeme života svoga, da nauči bojati se Gospodina Boga svoga, držati sve riječi ovoga zakona i vršiti ove odredbe.«

Poučen, dakle, božjim zakonom, kralj mora poglavito težiti za tim kako će zajednica koja mu je podložna dobro živjeti. Ta težnja ostvaruje se na tri načina: prvo, treba uspostaviti dobar život u narodu, drugo, treba ga sačuvati, treće, treba ga poboljšavati.

A za dobar život jednoga čovjeka potrebne su dvije stvari: prva je, i glavna, krepko djelovanje, jer krepkošću se dobro živi; druga ima drugotnu i na neki način pomoćnu važnost, to jest dostatnost tjelesnih dobara čija je upotreba nužna za krepko djelovanje. Uzrok jedinstva ljudskog bića je narav, a za jedinstvo zajednice koje se zove mir treba se pobrinuti vladar svojim umijećem. Prema tome, da bi se uspostavio dobar život zajednice, traži se troje. Pr-

<sup>119</sup> Mal 2, 7.

<sup>120</sup> Pnz 17, 18–19.

industriam procuranda. Sic igitur ad bonam vitam multitudinis instituenda tria requiruntur. Primo quidem ut multitudo in unitate pacis constituatur; secundo ut multitudo vinculo pacis unita dirigatur ad bene agendum: sicut enim homo nichil bene agere potest nisi presupposita suarum partium unitate, ita hominum multitudo pacis unitate carens, dum se ipsam impugnat, impeditur a bene agendo; tertio vero requiritur ut per regentis industriam necessarium ad bene vivendum assit sufficiens copia.

Sic igitur bona vita per regis officium in multitudine constituta, consequens est ut ad eius conservationem intendat. Sunt autem tria quibus bonum publicum permanere non sinitur, quorum unum quidem est a natura proveniens: non enim bonum multitudinis ad unum tantum tempus institui debet, sed ut sit quodammodo perpetuum; homines autem cum sint mortales in perpetuum durare non possunt, neque dum vivunt semper sunt in eodem vigore, quia multis variationibus humana vita subicitur, et sic non sunt homines ad eadem officia peragenda equaliter per totam vitam idonei. Aliud autem impedimentum boni publici conservandi ab interiori proveniens in perversitate voluntatum consistit, dum vel desides ad ea peragenda que requirit res publica, vel insuper sunt paci multitudinis noxii, dum transgrediendo iustitiam aliorum pacem perturbant. Tertium autem

vo, da se zajednica poveže jedinstvom mira; drugo, da se zajednica ujedinjena vezom mira upravi prema dobrom djelovanju, jer kao što čovjek ne može ništa dobro raditi ako se ne pretpostavi jedinstvo njegovih dijelova, tako ne može dobro djelovati ni zajednica ljudi kojoj, zbog nutarnjih sukoba, nedostaje jedinstvo mira; treće, traži se da se vladar svojom umješnošću pobrine da bude dovoljno potrebnih stvari za dobar život.

Tako, dakle, kada se službom kralja uspostavi dobar život u zajednici, slijedi da treba težiti za tim da ga sačuva. A ima tri zapreke koje ne dopuštaju da javno dobro traje, od kojih prva proizlazi iz naravi stvari, jer dobro zajednice ne valja uspostaviti samo za neko vrijeme, nego ga treba na neki način ovjekovječiti. No budući da su ljudi smrtni, oni ne mogu trajati vječno, niti su za života uvijek jednako krepki, jer ljudski život je podložan mnogim promjenama. Stoga ljudi nisu podjednako podobni za vršenje istih službi kroz cijeli život. Druga zapreka očuvanju javnog dobra proizlazi iz nutrine, a sastoji se u izopačenosti volje koja je ili lijeva da učini nešto što zahtijeva dobro države, ili je čak štetna za mir zajednice ukoliko kršeći pravednost remeti mir drugih ljudi. Treća pak zapreka u očuvanju dobra države dolazi izvana, ukoliko napadi neprijatelja razaraju mir, a ponekad do temelja uništavaju kraljevstvo ili grad.

impedimentum rei publice conservande ab exteriori causatur, dum per incursum hostium pax dissolvitur et interdum regnum aut civitas funditus dissipatur.

Igitur contra tria predicta triplex cura imminet regi. Primo quidem de successione hominum et substitutione illorum qui diversis officiis presunt; ut sicut per divinum regimen in rebus corruptibilibus, quia semper eadem durare non possunt, provisum est ut per generationem alia in locum aliorum succedant, ut vel sic conservetur integritas universi, ita per regis studium conservetur subiecte multitudinis bonum, dum sollicitè curat qualiter alii in deficientium locum succedant. Secundo autem ut suis legibus et preceptis, penis et premiis, homines sibi subiectos ab iniquitate coherceat et ad opera virtuosa inducat, exemplum a Deo accipiens qui hominibus leges dedit, observantibus quidem mercedem, transgredientibus vero penas retribuens. Tertio imminet regi cura ut multitudo sibi subiecta contra hostes tuta reddatur: nichil enim prodesset interiora vitare pericula, si ab exterioribus defendi non posset.

Sic igitur bone multitudinis institutioni tertium restat ad regis officium pertinens, ut sit de promotione sollicitus: quod fit dum in singulis que premissa sunt si quid inordinatum est corrigere, si quid deest supplere, si quid melius fieri potest studet perficere. Unde et Apostolus monet fideles ut semper emulentur carismata meliora.

Stoga, protiv triju spomenutih zapreka kralj ima trostruku zadaću. Prva se odnosi na nasljednike ljudi koji obnašaju razne službe i na njihovu zamjenu. Kao što se božja vladavina pobrinula da kod propadljivih bića, koja ne mogu trajati vječno, nastajanjem novih bića jedna dolaze namjesto drugih, kako bi se tako sačuvala cjelovitost svemira, tako je i zadaća kralja da sačuva dobrobit podložnog mu naroda i da se pomnjivo brine kako bi drugi ljudi nadomjestili one koji odlaze. Druga je zadaća kralja da svojim zakonima i zapovijedima, kaznama i nagradama odvrati podanike od bezakonja i da ih privede kreposnim djelima, uzimajući za to primjer od Boga koji je ljudima dao zakone nagrađujući one koji ih izvršavaju, a kažnjavajući one koji ih krše. Treća zadaća kralja je da osigura podložnu mu zajednicu protiv neprijatelja, jer ne bi ništa koristilo da izbjegava nutarnje pogibelji, ako je ne bi mogao obraniti od izvanjskih.

Tako, dakle, za osnivanje dobre zajednice kralju preostaje još jedna treća služba, da se brine za njezin napredak. To on čini dok na svim spomenutim područjima nastoji ispraviti ono što je pogrešno, nadomjestiti ono što nedostaje i usavršiti ono što može biti bolje. Stoga i Apostol opominje vjernike da čežnu za većim darovima.<sup>121</sup>

<sup>121</sup> Usp. 1 Kor 12, 31.

Hec igitur sunt que ad regis officium pertinent, de quibus per singula diligentius tractare oportet.

#### Capitulum quintum (II, 1)

##### *Quod ad officium regis spectat institutio civitatis*

Primum igitur incipere oportet exponere regis officium ab institutione civitatis aut regni. Nam, sicut Vegetius dicit, »potentissime nationes et principes commendati nullam maiorem gloriam putaverunt quam aut fundare novas civitates, aut ab aliis conditas in nomen suum sub quadam amplificatione transferre«; quod quidem documentis sacre Scripture concordat: dicit enim Sapiens in Ecclesiastico quod »edificatio civitatis confirmabit nomen«. Hodie namque nomen Romuli nesciretur nisi quia condidit Romam.

In institutione autem civitatis aut regni, si copia detur, primo quidem est regio eligenda, quam temperatem esse oportet: ex regionis enim temperie habitatores multa commoda consequuntur. Primo namque consequuntur homines ex temperie regionis incolumitatem corporis et longitudinem vite. Cum enim sanitas in quadam temperie humorum consistat, in loco temperato conservabitur sanitas: simile namque suo simile conservatur. Si vero fuerit excessus caloris vel frigoris, necesse est quod secundum qualitatem aeris

To su, dakle, službe kralja o kojima valja potanje raspravljati.

#### Poglavlje peto (II, 1)

##### *Služba je kralja da osnuje grad*

Prikazivanje službe kralja valja početi osnivanjem grada ili kraljevstva. Jer kao što kaže Vegetije:<sup>122</sup> »najmoćniji narodi i glasoviti knezovi smatrali su da nema veće slave od osnivanja novih gradova ili od proširivanja već osnovanih gradova pod svojim imenom«. To je u skladu s naučavanjem Svetog pisma. Mudrac naime kaže u knjizi *Siraha*:<sup>123</sup> »sazidan grad proslavljuje ime«. Danas bi ime Romula bilo nepoznato da nije osnovao Rim.

Kod osnivanja grada ili kraljevstva, ako postoji mogućnost, potrebno je ponajprije izabrati kraj koji ima umjerenu klimu, jer u takvoj klimi stanovnici stiču mnoge pogodnosti. Ponajprije, umjerena klima omogućuje ljudima tjelesno zdravlje i dug život. Budući da se zdravlje sastoji u ravnoteži sokova, ono će se sačuvati u umjerenom kraju, jer slično se čuva sličnim. Kad bi pak bilo viška toplote ili hladnoće, nužno bi se kakvoća tijela promijenila prema kakvoći zraka. Stoga

<sup>122</sup> Usp. *Epitoma rei militaris*, prol.

<sup>123</sup> Sir 40, 19.

corporis qualitas immutetur; unde quadam naturalia industria animalia quedam tempore frigido ad calida loca se transferunt, rursus tempore calido loca frigida repetentes, ut ex contraria dispositione loci et temporis temperiem consequantur.

Rursus, cum animal vivat per calidum et humidum, si fuerit calor intensus, cito naturale humidum exsiccatur et deficit vita, sicut lucerna cito extinguitur si humor infusus cito propter ignis magnitudinem consummatur. Unde in quibusdam calidissimis Ethiopum regionibus homines ultra triginta annos non vivere perhibentur; in regionibus vero frigidis in excessu, naturale humidum de facili congelatur et calor naturalis extinguitur. Deinde ad opportunitates bellorum quibus tuta redditur humana societas, regionis temperies plurimum valet. Nam, sicut Vegetius refert, »omnes nationes que vicine sunt soli, nimio calore siccate, amplius quidem sapere sed minus sanguinem habere dicuntur, ac propterea constantiam atque fiduciam de propinquo pugnandi non habent, quia metuunt vulnera qui modicum sanguinem se habere noverunt. Contra, septentrionales populi remoti a solis ardoribus inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi. Hiis autem qui in temperatoribus habitant plagis, et copia sanguinis suppetit ad vulnerum mortisque contemptum, nec prudentia deficit que modesti-

vidimo da neke životinje po nekoj naravnoj snalažljivosti u hladno doba sele u tople krajeve, a u doba vrućine traže hladne krajeve, pa tako iz suprotnih osobina kraja i vremena postižu ravnotežu.

S druge strane, budući da živo biće živi zahvaljujući toploti i vlazi, kad je prevelika vrućina vlaga se brzo isuši i život propada, kao što se brzo gasi svjetiljka ako se ulivena tekućina brzo troši zbog velikog plamena. Stoga u nekim najtoplijim krajevima Etiopije, kako se iznosi,<sup>124</sup> ljudi ne žive više od trideset godina. U krajevima pak s prevelikom hladnoćom naravna se tekućina lako smrzava, a naravna toplina se gubi. Osim toga, umjerena klima pruža mnoge pogodnosti u ratovima kojima se ljudska zajednica brani. Jer kao što izvješćuje Vegecije:<sup>125</sup> »Svi narodi koji su bliže suncu, isušeni prevelikom vrućinom, smatraju se sposobnima za razmišljanje, ali su siromašni krvlju, pa radi toga nemaju čvrstoću i samopouzdanje u borbama prsa u prsa, jer znaju da imaju malo krvi pa se boje ranjavanja. Naprotiv, sjeverni narodi koji su udaljeni od žege sunca manje su razboriti, ali imajući mnogo krvi vrlo su sposobni za ratovanje. Oni pak koji obitavaju umjerenije strane svijeta imaju dosta krvi, pa ona omogućuje prezir rana i smrti, a ne manjka im ni razboritost da sačuvaju umjere-

<sup>124</sup> Usp. Albert Veliki, *De natura loci* II, 3.

<sup>125</sup> Usp. *Epitoma rei militaris* I, 2.

am servet in castris et non parum prodest in dimicatione consiliis«.

Demum temperata regio ad politicam vitam non modicum valet. Ut enim Aristotiles dicit in sua *Politica*, »Que in frigidis locis habitant gentes sunt quidem plene animositate, intellectu autem et arte magis deficientes, propter quod libere perseverant magis: non vivunt autem politice et vicinis propter imprudentiam principari non possunt. Que autem in calidis locis sunt, intellective quidem sunt et artificiose secundum animam, sine animositate autem, propter quod subiecte quidem et servientes perseverant. Que autem in mediis locis habitant et animositatem et intellectum habent, propter quod et libere perseverant et maxime politice vivere possunt, et sciunt aliis principari«.

Est igitur eligenda regio temperata od institutionem civitatis vel regni.

#### Capitulum sextum (II, 2)

*Quod civitas habeat aerem salubrem*

Post electionem autem regionis, oportet civitati construende idoneum locum eligere, in quo primo videtur aeris salubritas requirenda. Conversatione namque civili preiacet naturalis vita, que per salubritatem aeris conservatur illa. Locus autem saluberrimus erit, ut Vitruvius tradit, »excelsus,

nost u utvrdama i da im savjetima bude od ne male koristi u borbi«.

Osim toga, područje s umjerenom klimom znači mnogo i za politički život. Jer kao što kaže Aristotel u svojoj *Politici*:<sup>126</sup> »Narodi koji nastavaju hladna područja imaju doduše mnogo životne snage, ali su manjkavi umom i umjetnošću, zbog čega ustrajno čuvaju svoju slobodu. Oni ne žive politički organizirano i zbog nerazboritosti ne mogu zavladati susjednim narodima. A oni narodi koji obitavaju vruće krajeve imaju umnu i umjetničku dušu, ali su nejak, pa zato padaju pod tuđu vlast i ropstvo. Ali narodi koji prebivaju u srednjim područjima imaju i životnu snagu i um, pa stoga čuvaju slobodu i veoma su politički organizirani i znaju vladati drugima.«

Dakle, za osnivanje grada ili kraljevstva treba izabrati umjerenom područje.

#### Poglavlje šesto (II, 2)

*Grad mora imati zdrav zrak*

Pošto se izabralo područje, valja izabrati pogodno mjesto za izgradnju grada, a u tom pogledu čini se da prvo treba tražiti zdrav zrak. Pretpostavka je naime društvenog života prirodni život, a ovaj se čuva neoštećen u čistom

<sup>126</sup> *Politika* VII, pogl. 7, 1327 b 23–32.

non nebulosus, non pruinosus, regionesque celi spectans neque estuosas neque frigidas, demum paludibus non vicinus«. Eminentia quidem loci solet ad aeris salubritatem conferre, quia locus eminentis ventorum perflationibus patet quibus redditur aer purus; vapores etiam, qui virtute radii solaris resolvuntur a terra et aquis, multiplicantur magis in convallibus et in locis demissis quam in altis. Unde in locis altis aer subtilior invenitur.

Huiusmodi autem subtilitas aeris que ad liberam et sinceram respirationem plurimum valet, impeditur per nebulas et pruinas que solent in locis multum humidis habundare; unde loca huiusmodi salubritati inveniuntur esse contraria. Et quia loca paludosa nimia humiditate habundant, oportet locum construende urbi electum a paludibus esse remotum. »Cum enim aure matutine sole oriente ad locum ipsum pervenient, et eis orte a paludibus nebule adiungentur, flatus bestiarum palustrium venenatarum cum nebula mixtos spargent et locum facient pestilentem«. Si tamen menia constructa fuerint in paludibus que fuerint prope mare spectentque ad septentrionem vel circa, heeque paludes excelsiores fuerint quam littus marinum, rationabiliter videbuntur esse constructa. Fossis enim ductis exitus aque patebit ad littus, et mare tempestatibus auctum in paludes redundando non patietur animalia palestra nasci. Et si aliqua ani-

zraku. Najzdravije će pak mjesto biti, prema Vitruviju<sup>127</sup> »na uzvisini, bez magle i mraza, koje nije izloženo ni toplom ni hladnom podneblju i ne nalazi se blizu močvara.« Jer uzvišeno mjesto obično pridonosi zdravom zraku, budući da je izloženo strujanjima vjetra koja čiste zrak. Isto tako, isparavanja koja nastaju iz zemlje i voda pod utjecajem sunčevih zraka više se skupljaju u dolinama i nizinama nego na uzvisinama. Zato je zrak na uzvisinama lakši.

No ovu finoću zraka koja je veoma važna za slobodno i zdravo disanje sprečavaju magle i mrazi koji ima mnogo obično u veoma vlažnim mjestima; zato su takva mjesta, kako pokazuje iskustvo, suprotna zdravlju. A budući da močvarna zemljišta obiluju vlagom, mjesto za izgradnju grada valja izabrati daleko od močvara. »Kad naime jutarnji povjetarac pri izlasku sunca doneše do tog mjesta isparavanja iz močvara s kojima je pomiješan, on širi zadah otrovnih močvarnih životinja pomiješan s maglom i čini to mjesto zaraznim«. <sup>128</sup> »Ipak, ako su gradske zidine sagrađene na močvarama blizu mora i okrenute su prema sjeveru ili približno prema njemu, a te su močvare na većoj visini nego morska obala, onda su, čini se, razumno gra-

<sup>127</sup> Usp. *De architectura* I, c. 4, n. 1. – Vitruvije (1. st. prije Krista) rimski arhitekt. Njegovo djelo *Deset knjiga o arhitekturi* jedini je iz antike sačuvani prikaz arhitekture kao umjetnosti i praktične vještine.

<sup>128</sup> *Isto*, n. 1.

malia de superioribus locis advenierint, inconsueta salsedine occidentur«.

Oportet etiam locum urbi destinatum ad calorem et frigus temperate disponi secundum aspectum ad plagas celi diversas. »Si enim menia maxime prope mare constituta spectabunt ad meridiem, non erunt salubria: nam huiusmodi loca mane quidem erunt frigida quia non respiciuntur a sole, meridie vero erunt ferventia propter solis respectum. Que autem ad occidentem spectant, orto sole tepescunt vel etiam frigent, meridie calent, vespere fervent« propter caloris continuitatem et solis aspectum. Si vero ad orientem spectabunt menia, mane quidem propter solis oppositionem directam temperate calescent; nec multum in meridie calor augebitur, sole non directe spectante ad locum, vespere vero totaliter radiis solis aversis loca frigescent. Eademque vel similis temperies erit si ad aquilonem locus urbis respiciat. Experimento autem cognoscere possumus quod in maiorem calorem minus salubriter aliquis transmutatur: »que enim a frigidis regionibus corpora traducuntur in calidas non possunt durare sed dissolvuntur«, quia calor sugendo vaporem naturales virtutes dissolvit; unde etiam in salubribus locis corpora estate infirma redduntur.

Quia vero ad corporum sanitatem convenientium ciborum usus plurimum confert, oportet loci salubritatem qui constituende

dene. Iskopaju li se naime jarci, otvorit će se izlaz prema obali, a more će pod utjecajem oluja narasti i ušavši u močvare neće dopustiti da se rađaju močvarne životinje. Ako bi se neke životinje iz viših predjela spustile dolje, uginule bi od soli na koju nisu navikle«. <sup>129</sup>

Isto tako potrebno je da se mjesto koje je namijenjeno gradu prikladno rasporedi s obzirom na toplinu i hladnoću prema raznim stranama svijeta. »Ako su naime gradske zidine sagrađene veoma blizu mora te gledaju na jug, grad neće biti zdrav. Jer ta će mjesta ujutro biti hladna budući da ne dobivaju sunca, a u podne će biti užarena jer gledaju prema suncu. Ako pak zidine gledaju prema zapadu, kad se sunce digne, one će biti mlake ili čak hladne, u podne će biti vruće, a predvečer će biti užarene«, <sup>130</sup> zbog trajnosti vrućine i položaja sunca. Ako pak gledaju prema istoku, ujutro će biti umjereno tople zbog izravne izloženosti suncu, u podne neće mnogo porasti vrućina, jer sunce ne pada ravno na mjesto, navečer će se pak ohladiti zbog potpuno suprotnog položaja sunca. Ista ili slična temperatura će vladati ako je mjesto grada okrenuto prema sjeveru. No iskustvo nas može poučiti da nije zdravo preći na toplije područje »jer tijela koja prelaze s hladnih područja na topla ne mogu dugo trajati nego se raspa-

<sup>129</sup> *Isto*, n. 11.

<sup>130</sup> *Isto*, n. 1.

urbi eligitur, etiam ex condicione ciborum discernere qui nascuntur in terra; quod quidem explorare solebant antiqui ex animalibus ibidem nutritis. Cum enim hominibus aliisque animalibus commune sit uti ad nutrimentum hiis que nascuntur in terra, consequens est ut, si occisorum animalium viscera inveniuntur bene valentia, quod homines etiam in loco eodem salubriter possint nutriri. Si vero animalium occisorum appareant morbida membra, rationabiliter accipi potest quod nec etiam hominibus illius loci habitatio sit salubris.

Sicut autem aer temperatus, ita et aqua salubris est requirenda: ex hiis enim maxime dependet sanitas corporum que sepius in usum hominis assumuntur. Et de aere quidem manifestum est quod continue ipsum respirando introrsum attrahimus usque ad ipsa vitalia; unde principaliter eius salubritas ad incolumitatem hominum confert. Inter alia vero que assumuntur per modum nutrimenti, aqua sepiissime utimur tam i potibus quam in cibis, unde nichil post aeris puritatem magis pertinet ad loci sanitatem quam aqua salubritas.

Est et aliud signum ex quo considerari potest loci salubritas, si videlicet hominum in loco commorantium facies bene colorate apparent, robusta corpora et membra bene disposita, si pueri multi et vivaces, si senes multi reperiantur ibidem. E contrario vero, si facies hominum deformes

daju«,<sup>131</sup> jer toplina isisavajući vlagu rastvara prirodne sile; zato tijela ljeti čak i u zdravim mjestima oslabe.

Budući da tjelesnom zdravlju mnogo pridonosi uzimanje dovoljno hrane, potrebno je pri prosudivanju zdravog mjesta za osnivanje grada uzeti u obzir kakvoću hrane koju proizvodi zemlja. To su stari obično istraživali na životinjama koje su se hranile na tim mjestima.<sup>132</sup> Budući da je ljudima i životinjama zajedničko to da se hrane plodovima zemlje, slijedi da ukoliko se nađe da je utroba ubijenih životinja zdrava, i ljudi se mogu zdravo hraniti na tom mjestu. Ali, ako se kod ubijenih životinja nađu bolesni udovi, s razlogom se može zaključiti da stanovanje na tom mjestu ni za ljude nije zdravo.

Kao što je potreban umjereni zrak, tako je potrebna i zdrava voda: zdravlje tijela naime najviše zavisi od onoga što ljudi najčešće uzimaju u sebe. Što se tiče zraka očito je da ga neprestano udišući unosimo u sebe sve do životnih organa. Zato zdrav zrak najviše pridonosi zdravlju ljudi. A među ostalim hranama koje uzimamo, najviše se služimo vodom i kao pićem i u hrani. Stoga poslije zdravog zraka nema ničega što je tako važno za zdravo mjesto kao zdrava voda.

Ima još jedan znak po kojemu se može prepoznati zdravo mje-

<sup>131</sup> Isto, n. 4.

<sup>132</sup> Isto, n. 9.

apparent, debilia corpora, exinata membra vel inordinate tumentia, si pauci et morbidi pueri et adhuc pauciores senes, dubitare non potest locum fore mortiferum.

### Capitulum septimum (II, 3)

#### *Quod (civitas) habeat ubertatem propter victum*

Oportet autem ut locus construende urbi electus non solum talis sit qui salubritate habitatores conservet, sed etiam ubertate ad victum sufficiat: non enim est possibile multitudinem hominum habitare ubi victualium non suppetit copia. Unde Vitruvius refert, cum Dinocrates architector peritissimus Alexandro Macedoni demonstraret in quodam monte civitatem egregie forme construi posse, interrogasse Alexandrum si essent agri qui civitati possent frumentorum copiam ministrare. Quod cum deficere inveniret, respondit vituperandum esse si quis in tali loco civitatem construeret; sicut enim natus infans sine nutrice lacte non potest ali nec ad incrementum perducere, sic civitas sine ciborum habundantia frequentiam populi habere non potest.

sto, to jest kada ljudi koji borave u dotičnom mjestu imaju zdravu boju lica, snažna su tijela i imaju dobro raspoređene udove, ako ima mnogo djece i ako su živahna, te ako tamo ima mnogo staraca. Suprotno tome, ako su ljudi izobličena lica, slabašna tijela, tankih ili neskladno otečenih udova, ako ima malo djece i ako su boležljiva, a još je manje staraca, onda nema sumnje da je to mjesto smrtonosno.

### Poglavlje sedmo (II, 3)

#### *Grad mora imati dovoljno plodova za život*

Mjesto izabrano za osnivanje grada mora biti takvo da ne samo sačuva stanovnike u zdravlju nego također da im svojom plodnošću daje dovoljno hrane. Nemoguće je naime da mnoštvo ljudi živi tamo gdje nema dovoljno živežnih namirnica. Stoga Vitruvije<sup>133</sup> izvješćuje kad je Dinokrat, veoma sposoban arhitekt, dokazivao Aleksandru Makedonskom da se na nekom brdu može sagraditi divno uređeni grad, Aleksandar ga je upitao ima li tamo njiva koje gradu mogu pružiti dovoljnu količinu žitarica. Kad se ustanovilo da ih nema, odgovorio je da treba ukoriti onoga tko bi na tom mjestu sagradio grad. Jer kao što se novorođenče ne može hraniti ni razvijati bez mlijeka dojilje, tako

<sup>133</sup> Isto II, Praef.

Duo tamen sunt modi quibus alicui civitati potest affluentia rerum suppetere: unus qui dictus est, propter regionis fertilitatem habunde omnia producentis que humane vite requirit necessitas; alius autem per mercationis usum, ex quo fit ut necessaria vite ad civitatem ex diversis partibus adducantur. Primus autem modus convenientior esse manifeste convincitur: tanto enim aliquid dignus est quanto per se sufficientius invenitur, quia quod alio indiget deficiens esse monstratur. Sufficiantiam autem plenius possidet civitas cui circumiacens regio sufficit ad necessaria vite, quam illa que indiget ab aliis per mercationes accipere. Dignior igitur est civitas si habundantiam rerum habeat ex territorio proprio, quam si per mercationes habundet. Cum hoc etiam hoc videtur esse securius, quia propter bellorum eventus et diversa viarum discrimina de facili potest impediri deportatio victualium et accessus mercatorum ad locum, et sic civitas per defectum victualium operimetur.

Est etiam hoc utilius ad conversationem civilem. Nam civitas que ad sui sustentationem mercatorum multitudine indiget, necesse est ut continuum extraneorum convictum patiatur; extraneorum autem conversatio corrumpit plurimum civium mores, secundum Aristotilis doctrinam in sua Politica, quia necesse est evenire ut homines extranei, aliis legibus et consuetudinibus enutriti, in mul-

ni grad ne može imati veliki broj stanovnika bez obilja hrane.

A dva su načina kako grad može doći do obilja živežnih namirnica. Prvi je onaj koji smo spomenuli, da plodnost kraja može proizvesti dovoljno svega što zahtijevaju potrebe ljudskog života; drugi je način po trgovini kojom se iz različitih krajeva donose životne potrepštine. Prvi je način očigledno najpovoljniji. Neko je biće naime to dostojanstvenije što se više pokazuje dostatnim samome sebi, jer čim nešto treba, time dokazuje da je manjkavo. A potpunija je samodostatnost onoga grada čija okolina zadovoljava životne potrebe od onoga koji ih mora nabaviti od drugih trgovinom. Veće je, dakle, dostojanstvo grada ako obilje namirnica dobiva s vlastitog područja, nego ako ih nabavlja trgovinom. Na taj način grad dobiva, čini se, i na sigurnosti, jer zbog ratova i raznih prometnih opasnosti lako se može spriječiti prijevoz živežnih namirnica i dolazak trgovaca, pa bi grad zbog oskudice namirnica trpio.

To je također korisnije i zbog društvenih odnosa. Jer grad kojemu je za održavanje potrebno mnogo trgovaca mora biti stalno u dodiru sa strancima. No odnosi sa strancima, prema nauci Aristotela u *Politici*,<sup>134</sup> mnogo kvare čudoređe građana, jer se nužno događa da se stranci, odgojeni druk-

<sup>134</sup> *Politika* V, pogl. 3, 1303 a 27; VII, pogl. 6, 1327 a 13–15.

aliter agant quam sint civium mores; et sic dum cives eorum exemplo ad agenda similia provocantur, civilis conversatio perturbatur.

Rursus, si cives ipsi mercationibus fuerint dediti, pandetur pluribus vitiis aditus. Nam cum negotiatorum studium maxime ad lucrum tendat, per negotiationis usum cupiditas in cordibus civium radicatur; ex quo contingit ut in civitate omnia fiant venalia, et fide subtracta locus fraudibus aperitur, publicoque bono contempto proprio commodo quisque deserviet; deficiet virtutis studium, dum honor virtutis divitibus deferretur: unde necesse erit in tali civitate civilem conversationem corrumpi.

Est etiam negotiationis usus nocivus quam plurimum exercitio militari: negotiatoribus namque, dum umbram colunt, a laboribus vacant et fruuntur deliciis, mollescunt animi et corpora redduntur debilia et ad labores militares inepta; unde secundum iura civilia negotiatio est militibus interdicta. Denique civitas illa solet esse magis pacifica, cuius populus rarius congregatur minusque intra urbis menia resident: ex frequenti namque hominum concursu datur occasio litibus, et seditionibus materia ministratur. Unde, secundum Aristotilis doctrinam, utilius est quod populus civitatis exercitatur in agris quam quod intracivitatis menia iugiter commoretur. Si autem civitas sit mercationibus dedita, maxime necesse est ut in-

čijim zakonima i običajima, drukčije ponašaju nego što je uvriježeno kod domaćih. Pa tako građani, potaknuti njihovim primjerom na slična djela, remete društvene odnose.

Nadalje, ako se sami građani posvete trgovini, time se otvaraju vrata mnogim porocima. Jer budući da trgovci najviše teže za probitkom, u srcima građana se po trgovini ukorjenjuje pohlepa. Iz toga pak slijedi da sve biva predmet kupoprodaje, te čim nestane povjerenje otvaraju se vrata prijevarama, pa prezirući javno dobro svatko služi svom probitku; nestat će težnja za krepošću ako se bogataši budu štovali kao kreposni ljudi. Stoga je nužno da se društveni odnosi u takvom gradu pokvare.

Trgovanje je osobito štetno za vršenje vojne službe. Naime trgovci dok su u dokolici ne rade ništa i uživaju u nasladama, smekša im se duša i slabi tijelo, te postaju nesposobni za vojničke napore; zato je po građanskom zakonu<sup>135</sup> vojnicima zabranjena trgovina. Napokon, obično je mirniji onaj grad čiji se narod rjeđe sastaje<sup>136</sup> i manje boravi unutar gradskih zidina. Naime česti sastanci pružaju prigodu za svađe i daju povoda za pobune. Stoga, po naučavanju Aristotela, bolje je da pučanstvo grada radi na poljima nego da neprestano boravi unutar gradskih zidina. No ako se

<sup>135</sup> Usp. *Codex Iustin.* XII, tit. 34.

<sup>136</sup> Usp. Aristotel, *Politika*, VI, pogl. 4, 1318 b 12.

tra urbem cives resideant ibique mercationes exercent. Melius igitur est quod civitati victualium copia suppetat ex propriis agris, quam quod civitas sit totaliter negotiationi exposita.

Nec tamen negotiatores omnino a civitate oportet excludi, quia non facile potest inveniri locus qui sic omnibus vite necessariis habundet, quod non indigeat aliquibus aliunde allatis. Eorumque in loco superhabundant eodem redderetur inutilis copia, si per mercatorum officium ad alia loca deferri non posset. Unde oportet quod perfecta civitas mercationibus moderate utatur.

#### Capitulum octavum (II, 4)

##### *Quod sit locus amenus*

Est etiam locus construendis urbibus eligendus qui amenitate habitatores delectet. Non enim facile deseritur locus in quo delectabiliter vivitur, neque de facili ad locum illum confluit habitantium multitudo cui deest amenitas, eo quod absque delectatione hominum vita diu durare non possit. Ad hanc autem amenitatem pertinet ut sit locus camporum planitie distentus, arborum ferax, montium propinquitate conspicuus, nemoribus gratus et aquis irriguus.

Verum nimia loci amenitas superflue ad delicias allicit homines, quod civitati plurimum nocet. Primo namque homines va-

grad bavi trgovinom, građani svakako moraju boraviti unutar grada i obavljati trgovačke poslove. Prema tome, bolje je za grad da priskrbi živežnih namirnica iz vlastitih njiva, nego da se potpuno posveti trgovini.

Ipak, trgovce ne treba potpuno isključiti iz grada, jer nije lako naći takvo mjesto koje obiluje svim životnim potrebštinama te ne bi bilo primorano ponešto nabaviti sa strane. A od onih stvari kojih ima previše u jednom kraju nastao bi neiskorišten suvišak, kad ih trgovci ne bi mogli odnijeti na druga mjesta. Stoga se savršeni grad mora umjereno baviti trgovinom.

#### Poglavlje osmo (II, 4)

##### *Mjesto mora biti ugodno*

Mjesto koje se izabire za izgradnju gradova mora biti takvo da stanovnike razveseljuje svojim ugodajem. Neće se naime lako napustiti mjesto u kojemu se ugodno živi, niti će olako nahrliti mnoštvo stanovnika na neugodno mjesto, jer ljudski život ne može dugo trajati bez užitka. Mjesto je udobno ako se prostire na širokoj ravnici, s izdašnim stablima, lijepa izgleda zbog blizine brdâ, krasnih šuma i natopljen vodama.

Dakako, previše udoban kraj nepotrebno potiče ljude na naslade, što je za grad veoma štetno. Prije svega, ljudima koji se predaju nasladama otupe osjećaji, jer

cantes deliciis sensu hebetantur; immergit enim earum suavitas sensibus animam, ita quod de rebus delectabilibus liberum iudicium habere non possunt; unde secundum Aristotilis sententiam, prudentie iudicium per delectationem corrumpitur. Deinde delectationes superflue ab honestate virtutis homines deficere faciunt: nichil enim facilius perducit ad immoderatum augmentum per quod medium virtutis corrumpitur, quam delectatio; tum quia natura delectationis est avida, et sic modica occasione sumpta precipitatur homo in turpium delectationum illecebras, sicut ligna sicca ex modico igne accenduntur; tum etiam quia delectatio appetitum non satiat, sed gustata sitim sui magis inducit. Unde ad virtutis officium pertinet ut homines se a delectationibus abstrahant: sic enim superfluitate vitata facilius ad medium virtutis perveniunt.

Consequenter etiam deliciis superflue dediti mollescunt animo et ad ardua queque attemptanda necnon ad tolerandos labores et pericula subeunda pusillanimes fiunt; unde et ad bellicum usum deliciae plurimum nocent, quia, ut Vegetius dicit in libro De re militari, »minus timet mortem qui minus deliciarum se novit habuisse in vita«. Demum deliciis resoluti plerumque pigrescunt et, pretermismissis necessariis studiis et negotiis debitis, solis deliciis adhibent curam, in quas que prius ab aliis fuerant congregata profuse di-

naslada tih užitaka utapa dušu u osjetila tako da ona ne može slobodno rasuđivati o užicima. Stoga po mišljenju Aristotela,<sup>137</sup> naslada kviri razborit sud. Osim toga, suvišni užici udaljuju ljude od kreposti poštenja. Ništa, naime, ne vodi ljude lakše na neumjereno pretjerivanje koje uništava kreposnu ravnotežu nego naslada, bilo zato što je naslada po naravi pohlepna, pa polazeći od sitne prigode čovjek se strovaljuje u mamce sramotnih naslada, kao što malo vatre zapali suho drvo; bilo zato što naslada ne utazuje čežnju, nego kad je kušamo još više žedamo za njom. Zato je zadaća kreposti da ljude odvraća od naslada, jer izbjegavajući pretjeranost lakše će se postići kreposna ravnoteža.

Dosljedno tome, onima koji previše prijanjaju uz naslade omlohavi duša i nemaju odvažnosti da poduzmu bilo što teško i malodušni su u podnošenju napora i u svladavanju pogibelji. Stoga naslade veoma škode sposobnosti ratovanja, jer kao što kaže Vegetije u knjizi *O vojnom umijeću*<sup>138</sup> »manje se boji smrti onaj tko zna da mu je život pružio manje naslada«. Napokon, oni koji se prepuste nasladama često se ulijene, napuštaju nužne poslove i važne dužnosti, samo se brinu za naslade na koje rasipno troše dobra što su ih drugi sakupili. Tako postavljeni siromasi, a nesposobni da budu

<sup>137</sup> Usp. *Nikomahova Etika* VI, 4, 1140 b 11–21.

<sup>138</sup> *Epitoma rei militaris* I, c. 3.

spergunt; unde ad paupertatem deducti, dum consuetis deliciis carere non possunt, se furtis et rapinis exponunt ut habeant unde possint suas voluptates explorare. Est igitur noxium civitati, vel ex loci dispositione vel ex quibuscumque aliis rebus, deliciis superfluis habundare.

Opportunum est autem in conversatione humana modicum delectationis quasi pro condimento habere, ut animi hominum recreentur.

bez naslada na koje su navikli, predaju se krađama i pljačkama da bi imali odakle zadovoljiti svoje požude. Stoga je štetno za grad da obiluje suvišnim nasladama, dolazile one od njegova položaja ili od bilo koje druge stvari.

No u društvenom životu potrebno je malo užitka kao nekog začina da bi se duše ljudi obnovile.

## BIBLIOGRAFIJA

### I Izdanja izvornika

- Sancti Thomae de Aquino, *De Regno, Ad regem Cyprī*, u: *Opera omnia*, iussu Leonis XIII P. M. edita, tomus XLII, Roma, 1979, str. 417–471.
- S. Thomae Aquinatis, *De regimine principum, Ad regem Cyprī*, u: *Opuscula philosophica*, cura et studio R. M. Spiazzi, Taurini-Romae, 1954, str. 253–358. – Ovo izdanje sadrži i neautentični dodatak Tomina učenika Ptolomeja de Lucca i poneke pogreške.
- S. Thomae Aquinatis, *De Regno sive De regimine principum, Ad regem Cyprī*, u: *Opuscula omnia necnon opera minora*, ad fidem codicum restituit ac edidit J. Perrier, tomus I: *Opuscula philosophica*, Paris, 1949, str. 220–267 (od str. 269–426. dodatak Ptolomeja de Lucca).

### II Prijevodi

- Opuscules de saint Thomas d'Aquin* traduits par les abbés Védrine, Fournet et Bandel (texte et traduction), t. III, Paris, 1856–1858.
- Saint Thomas d'Aquin, *Du gouvernement royal*, Traduction du De Regno par C. Roguet, Paris, 1931.
- Saint Thomas d'Aquin, *Du Royaume. De Regno*, Texte traduit et présenté par fr. M.-M. Cottier, Paris, 1946.
- Tommaso di Aquino, *De Regimine Principum*. Traduzione e introduzione A. Meozzi, Lacio, 1924.
- Thomas von Aquin, *Über die Herrschaft der Fürsten*, Übersetzung von F. Schreyvogel, Nachwort U. Matz, Stuttgart, 1981.
- St. Thomas Aquinas, *On the Governance of Rulers (De Regimine Principum)*, Translated from the latin by G. B. Phelan, Toronto, 1935.

Saint Thomas Aquinas, *On Kingship to the King of Cyprus*. Done into english by G. B. Phelan (under the title *On the Governance of Rulers*) Rev. with introduction and notes by I. Th. Eschmann, Westpost, 1979.

S. Tomás de Aquino, *Do governo dos principes ao Rei de Cipro*, seguido do opusculo *Do governo dos Judeus à Duqueza de Brabante*. Trad. A. Veige dos Santos, São Paulo, 1937, 1946<sup>2</sup>.

Sw. Tomasz z Akwinu, *O społeczeństwie i władzy*, trad. O. I. S, u: *Polski przegląd tomistyczny*, 1(1939), str. 77–89.

Aquinói Szent Tamás, *De regno. A kormányzat. Cyprus királyához*, u: *Aquinói Szent Tamás szemelvényekben*, magyarul és latinul. Kiválogatta, bevezette, fordította és magyarázta Schütz A., Budapest, 1943<sup>2</sup>, str. 410–425 (djelomični prijevod).

### III Djela drugih autora

F. Boulas, S. Thomae de regimine principum doctrina, *Barri Ducis*, 1880.

M. Browne, An sit authenticum S. Thomae »De Regimine principum« u: *Angelicum*, 3(1926), str. 300–303.

P. Glorieux, Le »De Regimine principum«. Hypothèses et précisions, u: *Divus Thomas (Pl.)*, 39(1936), str. 153–160.

M.-D. Chenu, Introduction à l'étude de Saint Thomas d'Aquin, *Montréal-Paris*, 1954<sup>2</sup>, str. 286–288.

E. Flori, Il trattato »De regimine principum« e le dottrine politiche di S. Tommaso, *Bologna*, 1928.

C. A. Bosone, Der Aufsatz »De regimine principum« von Thomas von Aquin, *Bonn*, 1894.

M. Grabmann, Die Werke des Hl. Thomas von Aquin, *Münster/W.*<sup>3</sup>, str. 330–336.

H. Goertz, Staat und Widerstandsrecht bei Thomas von Aquin, u: *Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie*, 17(1970), str. 308–343.

M. Vereno, Thomas von Aquins De Regimine principum im Zusammenhang der geistigen und gesellschaftlichen Situation seiner Zeit, u: *Salzburger Jahrbuch für Philosophie*, XIX/1974, str. 321–329.